BIBLIOTHECA

SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM


TEVBNERIANA

FRANCISCI ENZINATIS BVRGENSIS

HISTORIA DE STATV BELGICO DEQVE RELIGIONE HISPANICA

EDIDIT

FRANCISCVS SOCAS



STVTGARDIAE ET LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMXCI

Senarclaeus, Claudius:

[Historia de statu Belgico Deque religione Hispanica]
Francisci Enzinatis Burgensis Historia de statu Belgico Deque
religione Hispanica / ed. Franciscus Socas. –
Stutgardiae ; Lipsiae : Teubner, 1991
(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)
ISBN 3-8154-1961-1

Printed in Germany
Druck: Chemnitzer Verlag und Druck GmbH, Werk Zwickau

VXORI CARISSIMAE

PRAEFATIO

De Historia Francisci Enzinatis

Antequam de nostra editione loquamur, pauca dicere oportet de uita Francisci Enzinatis.[1]) natus est circa annum post Christum natum 1520 in Hispanica ciuitate Burgensi de gente nobili et diuite, quae mercaturae causa in Flandriam solebat iam multos ante annos peregrinari. litteris liberalibus eruditus est primum in scholis Complutensibus et Parisinis, deinde ab anno 1539 in Collegio Trilingui Louaniensi. hinc ultro profectus est ad Philippum Melanchthonem, cuius discipulus et amicus est factus. mansit ergo Wittembergae in praeceptoris domo, dum Nouum Testamentum Graecum (ex recenti Erasmiana utique editione) in linguam Hispanam uerteret. absoluta uersione in Flandriam se contulit ut librum prelo committeret adhibita theologorum et Imperatoris censura. quid his diebus accidisset et quas persecutiones passus esset et euasisset in *Historia de statu Belgico deque religione Hispanica* prolixe narrauit. habet liber speciem epistulae pluribus et amoenissimis historiolis refertae, resque in eo commemoratae ex initio anni 1543 usque ad mensem Februarium anni 1545 transcurrunt. mense Iulio eiusdem anni Franciscus calamitatum suarum plenum argumentum celeritate mirabili composuit.[2]) sed, ut perhibet Arcturus Gallus in praefatione quam Philippo Melanchthoni dicatam in ipsius libri capite inseruit, non euulgauerat Franciscus adhuc dum uiueret suam Historiam. incidit igitur Arcturus Gallus Argentinae, ubi Hispanus noster uxorem duxerat, degerat et (anno scilicet 1552) mortuus erat, in exemplar Historiae ipsius Francisci Enzinatis manu scriptum, quod protinus ad Philippum Melanchthonem communem praeceptorem misit, ut typis mandaretur. de hac ueteri et prima editione, si usquam exstiterit, nemo notitiam adferre potuit.[3])

---

1) siue Dryandri nomine Graece, seu Duchesne Gallice, seu Eichmann Germanice, seu Elaus Hebraice mauis eum appellare.

2) Vide quod Ph. Melanchthon Io. Camerario temporibus illis (in epistula die 17.3.1545 data) scribebat: 'Rediit noster Hispanus Franciscus, diuinitus liberatus, sine ope ullius hominis, quem quidem ipse nouit; iussi eum historiam scribere, quam tibi afferemus' (Corpus Reform. V 705).

3) Refert tamen Gerdesius in sua Historia Reformationis, t. III, 1749, 166: 'Extat totius huius historiae narratio ab ipso Dryandro confecta atque edita Antuerp. 1545. lingua Latina, sed quam editionem inuestigare nullibi datum fuit' (apud Boehmerum, Spanish Reformers, 169, qui de hoc opinatur: 'it is highly improbable that such an editio has been made').

De recensione

In textu Historiae Francisci Enzinatis constituendo codicibus manu scriptis duobus (**A B**) tantum nitimur, quibus adiungimus ueterem uersionem (**H**) Gallica lingua conscriptam et typis impressam.

A Altonanus: codex chartaceus formae quam uocant quartae, scriptus (ut uidetur) saeculo xvi aut initio saeculi xvii, olim inter Danos Altonae in scriniis Bibliothecae Regii Gymnasii Christianei, at hodie inter Germanos in Bibliotheca Uniuersitatis Hamburgensis seruatus. constat foliis 331, quae singula in parte aduersa numeris arabicis notata sunt, siue rectius foliis 341, cum, qui numeros apposuit, in eorum serie semel ita errauerit, ut post 138 iterum sequantur 130, 131 et cetera. desunt folia priora sedecim incipitque folium decimum septimum uerbis *qui nouit miseriam meam* (cap. 5,43). attamen in plagula prima habet titulum hunc lituris et correctionibus multis oppletum:

HISTORICA narratio de Francisco Enzinati Burgensi Hispano, qui ob publicatum lingua Castellana et D. Carolo Caesari exhibitum Nouum Testamentum Bruxellae anno MDXLIII captus post XV mensium captiuitatem libertati mirabiliter fuit restitutus, ab ipso ad Philippum Melanchthonem missa, complectens martyrum maxime Hispanorum et Belgarum aliquot historias memorabiles et lectu dignissimas. ex manuscripto codice.

In marginibus habet adnotationes ad narrationis argumentum pertinentes, quibus **P** omnino caret. his autem notulis index confectus est quem ego ratus utiliter legi posse ad calcem huius editionis subnexui.

P Palatinus: ms. 1853 Bibliothecae Vaticanae Palatinae. habet folia 146, quorum tria signata numeris 27, 28, 29 uacua sunt. scriba quidam ignotus ex Historiae Gallica uersione Latine retro uertit quae hic desunt adnotauitque sub titulo:

Ternio E est imperfectus. memini autem me legisse ipsam historiam Gallice conscriptam et excussam. unde etiam quae hic desunt, si alibi non extant, reponerentur, uti ego curaui hoc die Martii 23° anno MDLXXVII transcursim.

Huius codicis textus duabus manibus exaratus uidetur. secunda manus initium cepit in folio 113 ex uerbis *fiducia mediatoris nostri* usque ad coronidem.

H Versio Gallica uetus: codicibus Latinis **A** et **P** addimus in apparatu critico lectiones nonnullas ex Gallica uersione depromptas, quae paucis annis post mortem Francisci Enzinatis est redacta.[4])

---

4) editaque sub fronte siue titulis Histoire de l'estat du Pais Bas, et de la religion d'Espagne, par Françoys du Chesne. A. S. Mariae, Fr. Perrin, MDLVIII.

De textus constitutione

Codices inter se perpaucas ostentant discrepantias. praeter enim quam quod omissiones frequentiores sunt in **P** et correctiones secunda manu confectae superabundant in **A**, utriusque codicis textus adamussim aequiparatur.

Codex Altonanus primum editus est a Ch.-A. Campano Bruxellae anno 1862.[5]) editio haec habet adnotationes plures et ad rerum cognitionem stabiliendam utilissimas, sed textus constitutus omissionibus et erroribus foedissimis scatet (paginarum decem errata exempli gratia reddam: p. 40 *inuiterem* loco *incuterent*, p. 42 *neque* loco *nequis*, p. 44 *quidem* loco *quaedam, ludicibus* loco *iudicibus, cleredendam* loco *deridendam*, p. 46 *ferant* loco *-unt*, p. 48 *Justum* loco *gustum*, p. 50 *cum* loco *tum*). editor autem iuxta textum integram Gallicam uersionem quam supra memorauimus (**H**) apposuit.

Codicis Palatini capita prima, quae desunt in Altonano, edidit Gothae anno 1892 E. Boehmerus, qui librum ipse non inspexit, sed eius transcriptionem a uiro docto, cui nomen Carolo Merkel erat, Romae factam tractauit et in lucem prodidit.[6])

Codex uterque omni partium aut capitum aut paragraphorum diuisione caret, quamquam **A** iuxta adnotationes marginales multotiens demonstrat signum Graecae litterae *Π* simile, quo ad diuisiones nostrae editionis statuendas usi sumus. codices autem ambo sunt non tenui diligentia scripti, sed Palatino ut antiquiori et qui textum integrum et sine emendationibus exhibeat maior fides adhibenda est. nam in **A** multa mutauit corrector multasque emendationes supra lineam post uoculae cuiusque rasuram addidit. in his subsidiis utendo talem mihi legem proposui, Palatino codici quam artissime adhaerere neque umquam eum temere deserere, praesertim cum eius testimonium cum uersione Gallica (**H**) concordet. coniecturas quam paucissimas feci et saepe anacoluthon et uerborum inconsequentiam seruaui ueritus ne Francisci Enzinatis librum politiorem quam ipse reliquerit redderem.

De orationis usu

Quantum enim ad res orthographicas pertinet normam constantem sequimur quae ad codicum morem et scribendi usum se aptare conatur, et sic

5) Mémoires de Francisco de Enzinas. Texte latin inédit avec la traduction française du XVI[e] siècle en regard. 1543–1545. Publiés avec notice et annotations par Ch.-Al. Campan, Bruxelles – Leipzig – Gand 1862–63.

6) Ed. Böhmer, Der Anfang von Francisco de Enzinas' 'Historia de statu Belgico deque religione Hispanica', Zeitschrift für Kirchengeschichte 13, 1892, 346.

scripsi *caeterum, delyrus, faciundus, foemina, hyems, hallucinor, incoeperunt, isthuc, lachryma, litera, nuncius, obominor, ociosus, pene, phas, quum, sepulchrum, sequutus, simulachrum, suppellectilia, teter* pro solitis et notioribus formis. quaedam autem uerba, quorum pars maxima ad religionis instituta respiciunt, ueluti *anabaptistica, bulla, cancellaria, candela, commissarius, doxale, drosardus, dulia, latria, missa, monumentum, parrochianus, paruis, plebanus, poenitentiarius, prior, relapsus, sacramentarius, truphator*, in apparatu critico quantum potui explanaui.

Sermo huius libri perspicuus est et uberi iucundoque suco purae Latinitatis imbutus. narratio autem simul nitorem et fidem seruat, cum auctor ea quae uiderit quaeque ipse expertus sit in memoriam reuocet. itaque tam speciem expositionis in eo quam rerum ueritatem inuenire possis. attamen notanda sunt quaedam quae contra normam in textu uidentur exstare, ut orationes quae dicuntur interrogatiuae indirectae modo indicatiuo structae, et nonnullae quasi uerborum inconcinnitates, quae magis cogitationum ardori et praecipitantiae quam segnitiae aut neglegentiae scriptoris tribuendae sunt. mirandum est enim quo pacto hic noster Franciscus paene adulescens ualuerit, ut ait Horatius, ore rotundo loqui et opus sincerum, iucundum, perelegans efficere.[7]) cetera alii doctiores maiore cum cura describere atque inuenire poterunt.

Vnum mihi restat ut Vniuersitatis Hispalensis doctoribus et sodalibus omnibus, qui mihi multis modis opitulati sunt, grates dignas agam atque habeam, impensissimas vero amico et magistro Ioanni Gil, qui me ad Historiam Francisci Enzinatis mira sua eruditione perduxit et meos labores diligenter et humanissime perscrutatus est.

Scribebam in urbe Hispalensi
mense Octobri anni 1988 Franciscus Socas

---

7) Non dubito quin his iudiciis addere debeam sententiam Marcellini Menéndez Pelayo, uiri doctissimi, sed qui religionis formam, quam Franciscus seruabat, honeste et plus quam firmiter detrectauit: 'El libro de Enzinas está en el más hermoso estilo del siglo XVI, el interés es poderosísimo y hay momentos de verdadera elocuencia. El autor poseía facultades narrativas y dramáticas poco comunes y dibuja vigorosamente las situaciones y los caracteres, hasta el punto de dar a sus *Memorias* toda la animación de una novela. Es de los pocos españoles que han sobresalido en el género autobiográfico' (Hist. de los Heterodoxos, t. IV, cp. 5, secc. 6ª).

CONSPECTVS LIBRORVM

AVCTORIS OPERA NONNULLA

Breve i compendiosa instituçion de la religion Christiana, necessaria para todos aquellos que con iusto titulo quieren usurpar el nombre de Christo. Escripta por el docto uaron Francisco de Elao [= *Enzinas*] a ruego de un amigo y hermano suio en Christo. Impressa en Topeia [= *Gandauum*] por Adamo Coruo el Anno 1540

El nueuo testamento De nuestro Redemptor y Saluador Jesu Christo, traduzido de Griego en lengua Castellana, por Françisco de Enzinas, dedicado a la Cesarea Magestad ... 1543. [*in coronide:*] Acabose de imprimir este libro en la insigne çibdad de Enueres [= *Antuerpiae*], en casa de Esteban Mierdmanno, impressor de libros a 25 de Octubre, en el anno del Señor MDXLIII

Historia vera de morte sancti uiri Joannis Diazij Hispani, quem eius frater germanus Alphonsus Diazius, exemplum sequutus primi parricidae Cain, uelut alterum Abelem, nefarie interfecit: per Claudium Senarclaeum. Cum praefatione D. Martini Buceri, in qua de praesenti statu Germaniae multa continentur lectu inprimis digna. s.l. MDXLVI [*argumentum Senarclaei est, sed a Francisco Enzinate ut plus quam uerisimile uidetur in narrationem Latinam digestum*]

Acta concilii Tridentini, anno MDXLVI celebrati, una cum annotationibus piis et lectu dignissimis. Item, Ratio, cur qui Confessionem Augustanam profitentur, non esse assentiendum iniquis Concilij Tridentini sententijs iudicarunt: per Philippum Melanchthonem [Basileae] MDXLVI

Compendio de las catorze decadas de Tito Liuio Paduano, principe de la historia Romana, escrito en Latin por Lucio Floro, y al presente traduzido en lengua Castellana. En Argentina en casa de Augustin Frisio, Año de MDL

El primer volumen de las vidas de ilustres y excellentes varones griegos y romanos pareadas, escritas primero en lengua griega por el gran philosopho y verdadero historiador Plutarcho de Cheronea, y al presente traduzidas en estilo castellano por Francisco D'Enzinas. En Argentina en casa de Augustin Frisio, año D'el Señor MDLI

Historia verdadera de Luciano traduzida de Griego en lengua Castellana. Argentina, Augustin Frisio MDLI

Francisci Dryandri, Hispani, epistolae quinquaginta, ab Ed. Boehmero editae in Zeitschrift für die historische Theologie, Gotha 1879, 387–442

CONSPECTVS LIBRORVM

LIBRI QVI IN APPARATIBVS ADFERVNTVR

1) Recentiorum auctorum editiones

N. Antonii Bibliotheca Hispana Noua ... Matriti, apud J. de Ibarra 1783 (Sevilla, Biblioteca Universitaria)

F. Alfonsi de Castro Zamorensis ordinis Minorum Aduersus omnes haereses Libri XIIII ... Coloniae, Melchior Nouesianus, 1543 (Sevilla, Biblioteca Universitaria)

D. Erasmi Apologia aduersus monachos quosdam Hispanos (Opera Omnia, Lugduni Batauorum 1706, t. ix) (Sevilla, Biblioteca Arzobispal)

D. Erasmi Roterodami Apologia, refellens suspiciones quorumdam dictitantium Dialogum D. Iacobi De tribus linguis et ratione studii theologici conscriptum fuisse aduersus ipsum, Basileae 1519 (Wolfenbüttel, Bibliotheca Augusta)

J. Gruteri Florilegii Magni seu Polyanthea ... Argentorati, sumptibus Haeredum Lazari Zetzneri, anno 1624 (Sevilla, Biblioteca Universitaria)

J. Latomi De trium linguarum et studii theologici ratione dialogus, Antuerpiae 1519 (Sevilla, Biblioteca Universitaria)

J. Latomi theologiae professoris De confessione secreta et J. Oecolampadii Elleboron pro Jacobo Latomo, Basileae, per Andream Cantandrum, 1525 (Wolfenbüttel, Bibliotheca Augusta)

Ph. Melanchthonis Loci Communes seu hypotyposes theologicae, (Wittenbergae) 1523 = Corpus Reformatorum, Halle und Braunschweig 1834–1860, t. XXII (Wolfenbüttel, Bibliotheca Augusta)

J. Piscatorii Epitome omnium operum Diui Augustini ... Coloniae, ex officina Melchioris Nouesiani, 1549 (Sevilla, Biblioteca Universitaria)

Io. Sleidani De Statu Religionis et Reipublicae Carolo Quinto Caesare Commentarii, addita et Apologia ab ipso authore conscripta, excudebat Thomas Courteau, s.l., s.a. (fortasse Genauae 1559) (Sevilla, Biblioteca Universitaria)

2) Editiones criticae in apparatu compendiose laudatae

Aesch. = Aeschyli septem quae supersunt Tragoediae, rec. G. Murray, Oxonii 1937 (OCT)

Arist. = Aristotelis Opera ex recensione I. Bekkeri, edidit Academia Regia Borussica, Berolini 1834

Cic. ad fam. = M. Tulli Ciceronis Epistulae, vol. I Epistulae ad familiares, rec. breuique adnot. crit. instruxit L. C. Purser, Oxonii 1901 (OCT)

Cic. Cato M. = Cicero, De senectute. De amicitia. De diuinatione, with an english translation by W. A. Falconer, London 1964 (Loeb)

Cic. Phil. = M. Tulli Ciceronis scripta quae manserunt omnia, fasc. 28. In M. Antonium orationes Philippicae, ed. P. Fedeli, Lipsiae 1982 (Bibl. Teubner.)

Hom. Il. = Homeri Opera, recognouerunt breuique adnotatione critica instruxerunt D. V. Monro et Th. W. Allen, Oxonii 1920^3 (OCT)

Hor. sat. = Q. Horati Flacci Opera, ed. F. Klingner, Lipsiae 1970 (Bibl. Teubner.)

Hor. ep. = id.

Iuuen. sat. = D. Iunii Iuuenalis Saturarum libri V, mit erklärenden Anmerkungen von L. Friedlaender, Lipsiae 1895
Men. mon. = Menandri Sententiae, ed. S. Jaekel, Lipsiae 1964 (Bibl. Teubner.)
Ou. Met. = Ouidii Metamorphoses, edidit W. S. Anderson, Lipsiae 1977 (Bibl. Teubner.)
Pind. Nem. = Pindari Carmina cum fragmentis, post B. Snell edidit H. Maehler, Lipsiae 1984 (Bibl. Teubner.)
Plato Phdr. = Platonis Opera, recog. breuique adnot. crit. instruxit I. Burnet, vol. II, Oxonii 1900 (OCT)
Plaut. Most. = T. Macci Plauti Comoediae, rec. breuique adnot. crit. instruxit W. M. Lindsay, vol. II, Oxonii 1905 (OCT)
Solon Eun. = Poetarum elegiacorum testimonia et fragmenta, ediderunt B. Gentili et C. Prato, Lipsiae 1979 (Bibl. Teubner.)
Ter. And. = P. Terenti Afri Comoediae, recognouerunt breuique adn. crit. instruxerunt R. Kauer – W. M. Lindsay, supplem. apparatus curauit O. Skutsch, Oxonii 1926 (OCT)
Xen. HG = Xenophontis Opera omnia, rec. breuique adnot. crit. instruxit E. C. Marchant, tomus I, Historia Graeca, Oxonii 1900 (OCT)

3) Lexica et studia in apparatu compendiose laudata

Bauer = A Greek-English Lexicon of the New Testament and other early Christian Literature (translated and edited by W. F. Arndt and F. W. Gingrich from W. Bauer's Griechisch-deutsches Wörterbuch zu den Schriften des Neuen Testaments und der übrigen urchristlichen Literatur, 1949–52[4]), Chicago 1957
Cobarr. = Sebastián de Cobarruvias, Tesoro de la Lengua Castellana o Española, Madrid 1611
Dicc. Aut. = Diccionario de la lengua castellana, en que se explica el verdadero sentido de las voces ..., compuesto por la Real Academia Española, Madrid 1726
Du Cange = Glossarium ad scriptores mediae et infimae latinitatis, Parisiis 1678
Latham = R. E. Latham, Revised Medieval Latin Word-List from British and Irish Sources, Londini 1965
Lewis & Short = A Latin Dictionary founded on Andrew's edition of Freund's Latin Dictionary, Oxford 1975
Orbis Lat. = Graesse – Benedict – Plechl, Orbis Latinus, Lexikon lateinischer geographischer Namen, Braunschweig 1972
Paroem. Graec. = E. Leutsch – F. G. Schneidewin, Corpus Paroemiographorum Graecorum, Gotingae 1839
Thes. = Thesaurus Linguae Latinae, editus auctoritate et consilio Academiarum quinque Germanicarum ..., Lipsiae 1900–

STVDIA

Bataillon, M., Erasme et l'Espagne, Paris 1937, cap. X, sect. III in fine
–, El hispanismo y los problemas de la espiritualidad española, Madrid 1977
Boehmer, E., Spanish Reformers of Two Centuries from 1520, Strasbourg – London 1874, 133–184
Cambier, G., Un vif tableau des persécutions religieuses dans les Pays-Bas au XVIe siècle: le De Statu Belgico de Francisco de Enzinas, in G. Cambier (ed.), D'Eschyle à nos jours. Leçons d'archéologie, de littérature, de philologie classique, Bruxelles 1978, 97–118
Hörmann, A., Francisco de Enzinas und sein Kreis bis zum Beginne des ersten Wittenberger Aufenthaltes im Jahre 1541, Berlin 1902
Lasso de la Vega, J. S., Traducciones de las 'Vidas' de Plutarco, EClás. 35, 1962, 483
López Rueda J., Helenistas españoles del siglo XVI, Madrid 1973, 365–369 et 388–390
Martínez Añíbarro y Rives, Intento de un Diccionario Biográfico y Bibliográfico de Autores de la Provincia de Burgos, Madrid 1889, s. uu. 'Encinas (Fco. de)', pp. 143–151; 'Encinas (Santiago)', p. 153; 'Lerma (Pedro de)', pp. 318–320
Menéndez Pelayo, M., Historia de los heterodoxos españoles, Madrid 1910², lib. IV, cap. 5, sect. 4ª, 5ª et 6ª (= Bibliot. de Autores Cristianos, 1965, II, 850–870)
Savine, A., La chasse aux Lutheriens des Pays-Bas, Paris 1910
Socas, F., El humanista Francisco de Encinas, in Actas del VI Congreso Español de Estudios Clásicos, Madrid 1982, 191–194
Strobel, G. Th., Neue Beyträge zur Litteratur besonders des sechzehnten Jahrhunderts, Nürenberg und Altdorf 1794, t. V, 215–248 et 404.
Vermaseren, B. A., Een 16de-eeuwse Spaanse aanhanger van Reformatie: Fr. de Enzinas, De Gulden Passer 43, 1965, 149–165
–, Autour de l'édition de l'Histoire de l'État du Pais Bas, et de la Religion d'Espagne par F. de Enzinas, dit Dryander (1558), Bibl. H&R 27, 1965, 463–494

HISTORIAE VERSIONES

Boehmer, H. et E., Francisco de Enzinas. Denkwürdigkeiten vom Zustand der Niederlande und von der Religion in Spanien. Übers. aus dem Lat. von Hedwig Boehmer, mit Einl. und Anm. von Ed. Boehmer, Bonn 1893 (editio altera, Leipzig 1897)
Savignac, J. de, Les Mémorables de Francisco de Enzinas, trad. pour la première fois depuis le 16e siècle du texte latin, Bruxelles 1963
Socas, F., Francisco de Enzinas. Memorias, introd., trad. y notas, Madrid (qui liber prope diem euulgabitur)

SIGLA

A = codex manu scriptus Altonanus
P = codex Lat. Palatinus 1853
H = Histoire de l'estat du Pais Bas et de la religion d'Espagne, par Françoys du Chesne. A. S. Mariae, Fr. Perrin MDLVIII

Campanus = Mémoires de Francisco de Enzinas. Texte latin inédit avec la traduction française du XVIe siècle en regard. 1543–1545. Publiés avec notice et annotations par Ch.-Al. Campan, Bruxelles – Leipzig – Gand 1862–63
Boehmerus = Ed. Böhmer, Der Anfang von Francisco de Enzinas' 'Historia de statu Belgico deque religione Hispanica', Zeitschrift für Kirchengeschichte 13, 1892, 346–357 (Historiae initium) et 356–357 (Arcturi Galli praefatio)

EPISTVLA
ARCTVRI GALLI

Carissimo uiro Domino Philippo Melanchthoni
praeceptori suo obseruando Arcturus Gallus
S. P. D.

1 Quum nihil certi in hac mortali uita, praeceptor doctissime, de rebus humanis assiduis calamitatibus iactatis malisque tristissimis obnoxiis statui possit, praeclare de futuro domicilio inquirendo et uitae inmortalitate consequenda a Paulo apostolo ad Hebraeos admonemur: *οὐ γὰρ ἔχομεν ὧδε μένουσαν πόλιν, ἀλλὰ τὴν μέλλουσαν ἐπιζητοῦμεν.* nam quam aerumnosa piorum esset conditio in hoc saeculo, qui in toto uitae curriculo acerbis malis a tyrannis affliguntur, nisi melioris uitae spe alerentur et certissimis promissionibus, chirographo Filii Dei confirmatis, diuinitus inspirati fidem haberent, quibus prophetarum diuina oracula et apostolorum sanctissima scripta referta sunt, innumeras consolationes Christum profitentibus suggerentia!

2 Verum in hac parte ubi singulari Dei clementia ad euangelii cognitionem accitus est Franciscus Enzinas, olim tibi discipulus, uir pietate, eruditione ac nobilitate insignis, specimen pietatis in reliquo uitae spatio omnibus exhibuit. hic enim euangelium candido pectore amplectens, patriam, parentes, cognatos, affines, amicos et fortunas pro Christo neglexit sibi ante oculos praeponens inmortalitatis uitae statum, qui non potest uiribus humanis comparari sed sola Christi sanguinis expiatione. propterea non dubitauit, quum in Gallia Belgica una cum amicis uersaretur, occasione oblata, constanter carcerem ingredi et stricta uincula sustinere expectans miserae uitae humanae exitum, a quibus Deus sua inexhausta misericordia illum tanquam a faucibus belluarum eripuit reducens incolumem ad ea loca ubi pure uerbum Dei personat.

4–5 *οὐ γὰρ ἔχομεν … ἐπιζητοῦμεν*] *Hebr. 13, 14*

inscriptio et prima capita desunt in **A** || ENZINATIS: Dryandri *suprascr.* || *sub titulo legitur* Titulus iste nihil quidem falsi habet sed tamen apposite magis praefigeretur alio quodam modo *et infra eadem manu* Francisci Enzinatis Burgensis Historia, in qua tum ipsius pro pietate labores, tum etiam plaeraque ad causam pietatis pertinentia insignia exempla tum in Belgio tum in Hispania edita commemorantur **P** || 12 alio nomine et qui uulgo Driander uocatus fuit *in marg.* **P**

3 Demum in illis aliquandiu commoratus uxorem duxit, ut nosti, semper summo studio enitens, ut ecclesiae Dei et reipublicae literariae prodesset. paulo post Argentinae cum familia degens epidemico morbo correptus una 25 cum uxore, nobili matrona, pie uita excessit duas filiolas relinquens utroque parente orbatas et mediocrium fortunarum haeredes. quibus inclytus senatus Argentinensis, ut honesta et sancta consuetudo ciuitatis fert, tutores praefecit, qui orphanarum et curam haberent et tuerentur.

4 Accidit itaque hoc anno, praeceptor obseruande, quum Argentinae dege- 30 rem propter priuatas occupationes, ut a pupillarum affine, uiro nobili et de pupillis bene merito, uocarer ad euoluendos libros atque excutiendos Francisci Enzinatis in gratiam orphanarum, quo ex paternis lucubrationibus fructum aliquem a typographis acciperent. cui operi dum intentus essem incidi in Historiam de statu Belgico et religione Hispanica Francisci Enzinatis 35 manu propria scriptam quam tibi dedicabat. quod omnibus gratum fuit. in qua suam in te animi gratitudinem et singularem in praeceptorem charitatem testatur, licet eruditio tua opus cultius exigat, Ciceronem sequutus Philippica tertia dicentem: 'cui gratia referri non potest quanta debetur, habenda tamen est quantam maximam animi nostri capere possunt'. 40

5 Placuit igitur haeredibus, cognatis, affinibus ac amicis, ut tuo auspicio in publicum prodiret, propter duas causas, ne Franciscus, honorificae memoriae, uita defunctus ultima uoluntate (ut aiunt doctores iuris) frustraretur, deinde quia debuit propter beneficia accepta, praesertim quum non solum de illo sed de tota re⟨publica⟩ literaria sis bene meritus: idcirco inter literatos 45 nemini honorificentius dedicare potuisset. quaeso igitur, doctissime praeceptor, ut Historiam de statu Belgico et religione Hispanica, quam Franciscus superstes tibi inscribere uoluit, illam iam in publicum tuo nomine euulgatam, qua humanitate praeditus es, accipias. quod·a te uno ore omnes uehementer petimus. bene et feliciter. uale. 50

Argentinae.

39–40 cui gratia ... possunt] *Cic. Phil. 3, 4 (qui locus non ad uerbum laudatur)*

35 *post* Enzinatis *legitur in ras.* qui uulgo Dryander uocatus est **P**

AD CLARISSIMVM VIRVM PHILIPPVM MELANCHTHONEM

Veteri prouerbio celebratur, doctissime praeceptor, securam praeteritorum malorum recordationem periucundam esse solere. ego uero, quamquam id a Patre coelesti diuinitus sim consequutus, ut transacta mala tuto possim commemorare, tamen, qui meus est erga rempublicam, potissimum erga ecclesiam Dei affectus, sine ingenti animi dolore ea quae uidi quaeque ipse expertus sum neque literis mandare neque uerbis narrare neque etiam siccis oculis in memoriam possum reuocare, non quod ego priuatis Fortunae uulneribus uehementer afficiar (quamquam ut dici solet *τὸ οἰκεῖον πιέζει*), sed quod publici status perturbationem, ecclesiarum dissipationem atque inmanem illam crudelitatem aduersus Christi membra pro eo ac debeo peracerbe fero. priuatam uero calamitatem quî possum nunc uelut in portu nauigans uel anxie expauescere uel publicis ecclesiae cladibus anteferre, qui ne tum quidem, cum saeuissimis Fortunae fluctibus iactatus periclitarer, aliter quam aequanimiter meam sortem tuli eamque publicis periculis semper mihi posthabendam esse putaui? una ecclesiae Christi cura me sollicitum perpetuo tenuit neque hanc sollicitudinem nisi cum uita ipsa deponam. etenim grauissimi homines sapientissime iudicarunt nisi pacata et tranquilla uniuersae reipublicae forma rem uniuscuiusque priuatam saluam esse non posse. atque omnes sani manifeste in uita experiuntur uerissimum esse quod ille ait:

'intrant in thalamos publica damna tuos'.

Hoc igitur esse boni uiri officium statuo: sic animatum esse erga rempublicam ut pericula publica magni faciat, priuata uero non plane inconsiderate contemnat. quare cum unus inter omnes sis, doctissime praeceptor, qui incredibilibus laboribus salutem atque publicam utilitatem praeter caeteros omnes non sine magno ualetudinis tuae et rerum multarum dispendio cures, cumque utile fore putares si Belgicam saeuitiam, quam oculis nostris uidimus et ipsi non sine praesenti uitae periculo experti sumus, nunc tandem literis patefacerem, iussisti ut earum rerum historiam quae nobis euenerunt, posteaquam abs te profecti sumus, ordine describerem.

1-2 securam ... solere] *cf. Cic. ad fam. 5, 12, 14* || 8 *τὸ οἰκεῖον πιέζει*] *Pind. Nem. 1, 53* || 20 intrant ... tuos] *Solon Eun. 27*

11 possum **P** possem *Boehmerus* || 12 qui *Boehmerus* quam **P** || 17 sapientissime *Boehmerus* -mi **P**

4 Obtemperabo equidem perlibenter et praeceptori clarissimo et praeclara 30 postulanti, idque eo libentius quod existimem non parum utilitatis hoc scriptum allaturum iis qui fraudes hominum ignorant eorumque potissimum qui larua quadam religionis obuelati et in Deum sunt contumeliosi et crudelissimas impietates sua hypocrisi tegunt. quod si ego admonitorem aliquem habuissem aut huiusmodi uenenata monstra humana specie ementita inter mo- 35 deratos homines occultari putassem, non temere fortassis ab eis ludificari passus fuissem neque duos integros annos in manifesto uitae discrimine uersatus essem neque (quod ego semper feci maximi) aut abs te seiunctus aut pristina studiorum nostrorum consuetudine tanto tempore priuatus esse potuissem. 40

5 Sed inutiles esse querelas iudico quae praeteritam calamitatem mutare non possunt et parum ad rem praesentem conducunt. quam ob rem querimonias omittam et rem ipsam ut potero comprehendere atque ut iubes ordine adumbrare conabor.

1 Agitur nunc secundus annus aut eo amplius, clarissime praeceptor, quod abs te profectus sum, quo temporis curriculo incredibile dictu est quam multas incommoditates pertulerim etiam in ipsa uia, quae (ut scis) in media hyeme suscepta non poterat non esse molesta. certe laboriosa fuit donec uentum est in Phrysiam Orientalem, quo in loco stationem fecimus, cum ut ui- 5 res labefactatas aliqua ex parte reficeremus, tum uero ut ueteres amicos salutaremus, inter quos clarissimum uirum D. Ioannem a Lasco praecipuum pono, cuius consuetudine mirifice sum oblectatus. contulimus ibi de multis et uariis rebus; quae quoniam ipsius litteris tibi postea innotuerunt, non multum ego in eis recensendis inmorabor. 10

2 Inuisere quoque Albertum nostrum uisum est, quem paulo ante literis uterque nostrum sollicitarat, ut deserta Babylone sua ad eum se conferret locum, ubi pura et libera esset euangelicae doctrinae professio, ne tantam ingenii uim in uitae genere parum honesto consumptam et quasi in eo antro sepultam, ubi locus uerae religionis professioni nullus apparebat, inutiliter 15 consumeret. principio, quamquam dura fuit auribus illius uox, tamen animum eius ad amplectendam purioris doctrinae sententiam literae nostrae nonnihil commouerant, sic tamen ut, cum ego ad illum uenirem, facile animaduertere possem primum illum calorem atque impetum, quem de mutanda uita lectione nostrarum literarum conceperat, totum deferbuisse planeque ad 20 antiquum ingenium securitatis reuersum deliciose ac tranquille inter eius ordinis sodales pristino suo more uersari. tanta est impietatis uis, ut homines alioqui non mali umbratili quadam uoluptatis illecebra inebriati gaudeant in rebus maximis sibi ipsis fucum facere. mirabar equidem antiqui illius generis humani hostis potentiam, sed tamen de salute Alberti nostri nondum 25 sciebam desperare, quin ad meliorem uitam eum reduci posse arbitrarer.

3 Denique ut rem in pauca conferam: tantum (fauente Deo) apud eum effi-

cere potuimus priuato nostro colloquio, ut plane in ueram sententiam inclinaret neque in eo sodalicio uirtutis ac uerae religionis inimico diutius sibi
30 manendum putaret. hunc animum illi praecatus sum firmum ac perpetuum, et quia infausti alicuius spiritus technas metuebam, ne iterum ad pristinos mores relaberetur, obtinui ut scriptis literis suam sibi astringeret fidem et quod erat inter nos constitutum nunciaret, quibus literis uelut ex syngrapha cum eo agere licuisset si sententiam mutasset. sed bene habet quod ille ad
35 tempus praescriptum fidem praestitit et nunc fidelem Christi ecclesiae operam incoepit nauare.

2 Inde Louanium iter institui, qua in urbe, et quoniam de uia fessus eram et statum regionis uolebam explorare, statueram priuata amicorum communicatione paululum recreari, priusquam in lucem prodirem. sed longe aliter euenit. etenim cum finem iam esse malorum putaui, nouus renascitur labor.
5 amanter quidem exceperunt ueteres amici, quorum olim et consuetudine suauiter usus eram et fidem putaui fore firmiorem. sed quia ex Germania me redire sciebant, et sulphureus illis totus uidebar, et qui antea fueram gratissimus de quibus eram optime meritus, tunc uel ad conspectum solum nostrum, nedum ad laudes Germanicae gentis, trepidabant.

10 2 Neque uero sine causa omnes erant in magnam trepidationem coniecti: siquidem pridie eius diei quo ego Louanium perueni uiginti octo ciues honestissimi fuerant comprehensi, quorum sedes armata manu de improuiso aggressus est Procurator (ut illi uocant) Generalis cum tota cohorte phariseorum, qui omnes coniunctis uiribus hora decima noctis in aedibus ciuium ir-
15 ruperunt, singulos aedium angulos perlustrarunt, ut, si libros suspectos inuenissent, hoc ipso sine alia causae inquisitione homines alioqui pios iugulassent. ibi erat uidere miserandam rerum faciem: pulsabant magno impetu satellites ad fores bonorum hominum, qui diurno labore fessi iam se totos quieti dederant, nihil minus sane quam de ingruente perturbatione cogi-
20 tantes. si quem arctius propter labores quos in die sustinuerat somnus complexus erat, non illi expectant quoad pater familias clamoribus et pulsu expergefactus domum aperiret, sed ipsi effractis foribus uiolenter usque ad lectum dormientis irruperunt. inueniunt maritum et uxorem praesentis miseriae ignaros. ibi tum inaudita quadam inmanitate satellites (ut in mandatis
25 habebant) impetum faciunt in uices, saepe maritum et uxorem simul comprehendunt.

14 cum … phariseorum] *cf. Ioan. 18, 3*

2 regionis **P** religionis *corr. Boehmerus* 'comment s'y portoit la religion' **H** (*sed cf. libri titulum* De statu Belgico) ‖ 7 qui **P** quibus *corr. Boehmerus* ‖ 25 uices *scripsi* uires **P** uiros *legit Boehmerus*

3 Iacent ad latus innocentes liberi, qui parentum atque ipsorum miseriam lamentabili eiulatu uidentur praesentire. ad hoc spectaculum exanimati cum uident domum inusitato more taedis lucentem, manu armatorum hominum oppletam, terribili armorum splendore, qui ex gladiis nudatis atque aliis armis promicabat, fulgentem, uident quoque parentes a mutuo illo coniugali complexu dissolui, alterum huc alterum illuc ferri, nonnunquam utrumque pariter rapi, colligatis manibus extra aedes uiolenter abduci, tamen ad conspectum tantae crudelitatis, quam adhuc ignorant innocentes pueri, non iudicio sed naturae ipsius affectu nihil aliud quam tristissimis clamoribus totam domum complent, subinde repetito suauissimo illo parentis nomine: 'quo is, mi pater? quo abduceris, mater? quis nostri curam habebit? quis nobis crastino die uictum suppeditabit?'

4 At illi pro pietatis officio proque naturae affectu, quem alia ratione quam lachrymis et clamore exprimere non poterant, uerberibus caeduntur, ora illis obturantur, ne uoces eiulantium ad uicinos possent promanare, quibus admoniti et tristem amicorum casum intelligere et sibi quoque impendentem calamitatem matura deliberatione possent auertere. quod sane fecerunt nonnulli qui, cum aduentantes satellites praesentirent, expauefacti exilierunt de lecto et sola intima tunicula tecti murum domus transilierunt eoque modo liberati sunt. neque tam manifestis ipsius naturae signis, uindictam tanti sceleris de coelo proclamantis, tyrannorum furores ulla ex parte leniri potuerunt. quin magis quoque noua saeuitia exardere coeperunt, cum intelligerent per altum noctis silentium, per densam tenebrarum caliginem uel a piis hominibus uel ab ipso aliquo propicio numine quibusdam uiris honestissimis, qui Procuratoris crudelitatem experturi erant, eius aduentum paulo ante fuisse denunciatum, ut, cum ad illorum aedes uentum est, eas sine patrono uacuas reperirent.

5 Grassatur itaque tota nocte Procurator Generalis cum suis incensus furore atque odio ueritatis aduersus optimos quosque, neque potuit conquiescere, donec uiginti octo ciues Louanienses, partim uiros partim foeminas, maritos et uxores, matres et filias, sorores et fratres captiuos abduxit atque in diuersis locis seiunctos collocauit, edicens insuper ne quisquam ad eos, nec pater ad filium, nec maritus ad uxorem, uxor ad maritum admittatur, ad haec, ut nihil scribere, nihil legere, apud nullum mortalium colloquium habere custodes patiantur. hoc modo negocio confecto quasi re bene gesta domum tandem reuertuntur.

6 O inauditam crudelitatem, qualis a memoria hominum nulla extat, nec satis scio utrum ante hanc nostram aetatem uisa fuerit unquam! quid agis, Procurator Generalis? agitur de capite honestissimorum ciuium et matronarum. tenentur captiui qui multis praeclarae uirtutis documentis exemplo fuerant toti ciuitati. nihil aliud iam expectatur nisi ut extrema illa sententia igni et flammis adiudicentur qui meliori fortuna digni haberi potuissent. at quam ob rem tandem? quod flagitium perpetrarunt? quid contra te, quid contra

70 rempublicam, quid contra ullum priuatum ciuem commiserunt? an te tuis fortunis spoliauerunt, tuam dignitatem re aut uerbo aut quoquo modo laeserunt, tuum quaestum, tua consilia, tuas expilationes impediuerunt? num autores seditionis in ciuitate fuerunt? num aerarium expilare, sceptra e manibus gubernatorum eripere atque eorum in locum se ipsos collocare
75 uoluerunt? utrum cruentato gladio aliquem eorum a caede patrata redeuntem inuenisti? nihil tale. quam ob rem igitur in illos furiose ruis? quare honestos homines carcere, proscriptione, ferro atque incendio extinguendos iudicas? quin te ipsum intueris? quin fraudes, proditiones, homicidia, adulteria, furta, rapinas, quibus pollutus et contaminatus es, tacita cogita-
80 tione apud te consideras? qua fronte istis sacrilegis manibus, quibus phana et prophana saepe diripuisti, multis praeter ius et aequum uim intulisti, miserorum sudores expilasti, audes innoxios homines comprehendere? non uereris, ne terra tibi dehiscat aut subito fragore corruant aedes, quarum tecta subire non dubitas, ut tantum scelus denuo committas? 'at impietatis rei sunt' in-
85 quies. quo pudore, quaeso, tu aut qui autores tibi sunt crudelissimae impietatis sophistae Louanienses eos audetis impietatis arguere, qui diligenti sacrarum literarum institutioni totum uitae suae cursum gubernarunt, cum interim uos saepenumero ueram aeterni Dei doctrinam, ueram religionem ore blasphemo, innumeris pene impietatis atque idolomaniae formis blas-
90 phematis, conspuistis, deformastis? 'atque sic se res habet, haec est' inquis 'Imperatoris uoluntas. hoc iubent leges, ut Lutherani sine ulla ueniae spe ultimo atque atrocissimo supplicio afficiantur.' nec alia huius facti aut potest aut debet constare ratio.

3 Hac inopinata persecutione grauissime consternati sunt Louanienses, etiam hi qui aliquem euangelicae doctrinae gustum hausisse prae caeteris uideri uolebant. possem aliquos minime uulgares homines nominare qui, cum antea ueram de religione sententiam tenuissent, nullum eo tempore Chri-
5 stiani pectoris indicium, immo nullam non *ὑποκρίσεως* significationem, non data neque oblata sed quaesita et accersita opportunitate, praebebant. tanta est humani cordis infirmitas. horum ego iudicium neque probare poteram neque rursus illi me, quem ex Germania redire sciebant eoque inquinatum haeresi nescio qua iudicabant, aequo animo ferre potuerunt. quid multis?
10 pellimur consueto hospitio atque alias nobis sedes quaerere iubemur, ne praesentia nostra et nos ipsos et hospitem nostrum in discrimen traheremus.

2 Mirabar hominum leuitatem atque inconstantiam et, cum nullum in uita sit ornamentum maius aut praestantius quam magnitudine quadam animi

91–93 uoluntas … iubent … ratio] *cf. Iuuen. 6, 223*

78 proditiones **P** praedationes *legit Boehmerus* || 79 rapinas *corr. Boehmerus* -nae **P**

atque inuicto robore uerae religionis patrocinium suscipere eamque semel susceptam Christianae pietatis formam contra hostes ueritatis, contra inimi- 15 corum uim atque insultus uiriliter usque ad extremum halitum tueri, uidere nunc uiros alioqui non malos turpiter a pietatis professione defecisse, ad primum reflantis fortunae flatum fractos animi esse permoleste ferebam.

3 Caeterum ne mea causa amici, quorum saluti consultum esse cupiebam, in suspicionem uenirent nec me ipsum temeritate quadam in discrimen da- 20 rem, statui furori cedendum esse et prudenti deliberatione consilium capiendum, ut, quod magis ex usu foret quodque res et tempus postularent, hoc ea opportunitate facerem. ad cognatos nostros ire nolebam, quamquam erant multi et primariae autoritatis in ea urbe, quia de illorum fide atque animo aduersum me dubitabam, ut sunt homines uehementes et receptae suae con- 25 suetudinis strenui iuxta ac inconsulti defensores. rursus Antuerpienses cognatos inuisere non erat animus, priusquam ab illis essem uocatus, quibus meum aduentum per literas significaueram.

4 Interea temporis Bruxellam ire uisum est, ubi non eram perinde notus, atque ibi manere, donec aliquid a nostris certi accepissem. sed cum eo per- 30 ueni, non minorem esse ibi status publici perturbationem audiui quam Louanii reliqueram. accepi pro re certissima comprehensos ibi quoque esse uiros integritate uitae et puritate doctrinae laudatissimos, multos relicta familia et liberis aufugisse, eorum bona confiscata esse, alios in priuatis angulis delitescere, haberi in scriptis supra trecenta nomina eorum, qui prae cae- 35 teris in suspicionem uenerant quique iamiam capiendi cum Bruxellae tum in aliis Brabantiae et Flandriae ciuitatibus putabantur.

5 Vides hic, mi praeceptor, qualecumque uestigium apostolicae uitae. testatur praeceptor noster dominus Iesus uulpes quidem foueas habere et uolucres coeli nidos, filium uero hominis non habere ubi caput suum reclinet. 40 non igitur mirum nec turpe nobis esse putandum est seruatoris nostri exemplum per omnia sequi, cuius ad imaginem conformes nos esse oportet, si ueri discipuli sumus.

6 Denique cum uiderem nullam ibi esse spem maioris tranquillitatis, priuato quodam animi impetu statui Louanium redire, utcumque caderent 45 omnia, atque ibi meum officium facere, paratus interim qualecumque periculum sustinere, quod Deus tandem pro suo erga me paterno animo mittere uoluisset. ea res opinione mea felicius euenit. dissuadebant omnes in publicum prodire. ego uero contra omnium sententias recta ad Hispanos nostros contendo. qui erant in ea urbe cognati atque amici nostri ueteres, summa 50 cum humanitate reuersum exceperunt. accedebant quoque non pauci quos

39–40 uulpes … reclinet] *Matth. 8, 20* || 42 cuius … conformes] *cf. Rom. 8, 29*

antea ego ⟨non⟩ noueram, qui, quoniam nostrorum familiares ac necessarii erant, nobiscum quoque amicitiam inire ambitiose procurabant. omnes pariter summos honores deferre, officiis humanitatis nobiscum certare praeter 55 nostram atque aliorum opinionem nitebantur.

Principio sane uisa est mihi insidiosa quaedam ciuilitas, quae repente, 7 quasi natura nostrorum hominum mutata, praetextu illo deliciarum uelut esca occultiores aliquas machinationes moliretur. posteaquam uero certis argumentis deprehendi nihil simulate inter ipsos geri, omnes mihi ex animo fa- 60 uere, et ego coepi tranquillius habere et humanitate atque officiis eos conabar superare. dum haec aguntur, misit auunculus meus Antuerpiensis familiarem quemdam suum Louanium, per quem et literis amicissime scriptis aduentum gratulabatur et cum eo ad se uenire iubebat. id eo feci libentius quo periculosius erat eo tempore Louanii uersari. rursus ibi omnes cognati 65 atque amici peramanter complectuntur. res omnis erat in uado. ibi aliquot septimanis cum nostris recreatus Louanium redeo, quo tempore captiuorum causa agitabatur calumniosissime.

Quotidie accedebant Doctores theologi, nominatim Latomus et Decanus, **4** qui summi inter alios habebantur, ut miseras mulierculas disputationibus suis enecarent.

Vide, quaeso, mi praeceptor, quo tandem se demittat maiestas theologica, 2 5 ut tanti uiri, qui ecclesiae columina haberi uolunt, in controuersiam atque disputationem theologicam cum imperitis foeminis descendere non erubescant. neque putes eos uenire quasi doctores ad colloquium, ut a ueritate aberrantes in meliorem religionis uiam cum quadam charitate et lenitate deducant, sed cuniculis aggrediuntur rudes pupillos et uiros rerum omnium 10 ignaros, quo facilius decipiant ac postea tanto hoc tamque glorioso triumpho uelut ouantes crudeliter condemnent. o triumphatores quos uerius truphatores (ut ipsi loquuntur) possis appellare!

Neque tamen, quamquam fraudibus ac dolis instructi ad foeminas accede- 3 bant, ulla iusta racione aut argumento eas potuerunt superare: quin ab illis 15 turpiter saepe derisi et stultitiae pariter ac impietatis notati recedebant. aliae iuniores et minus in literis sacris aut controuersiis ecclesiasticis exercitatae, quoniam illorum fraudibus facile irretiri potuissent, silentio modestiaque suam causam tuebantur. aliae callidiores theologorum argumenta per iugulum retorquebant non sine magno dedecore ordinis theologici, qui a collo- 20 quio foeminarum uicti aut certe rubore perfusi (nam illi sua impudentia

65 res … in uado] *cf. Ter. And. 845*

11 truphatores **P** 'trupheurs' **H** *(uide Du Cange s. uu. 'trufator' et 'trufa' = fraus, nequitia, iocus)* ‖ **19** qui a *scripsi* quia *Boehmerus*

uinci insciunt) domum redire cogerentur. nam haec statim per totam urbem spargebantur.

4 Quaedam inter alias pharmacopolae Louaniensis uxor interrogata, quid de sanctorum inuocatione sentiret, utrum sancti qui ex hac uita commigrarunt adorandi a nobis atque inuocandi essent, respondit se quidem in disputatio- 25 nibus non admodum exercitatam esse eoque uniuersam disputandi rationem theologis uelle permittere: caeterum, quod ad totam inuocandi numinis formam attinet, neque aliud se scire aut uelle profiteri quam quod sacrae literae docerent, hoc est, quod Christus ipse testatur: dominum Deum nostrum adorandum esse illique soli seruiendum; ad haec se apud Paulum legisse uni- 30 cum esse mediatorem Dei et hominum Christum Iesum, qui se ipsum tradidit pro peccatis nostris quique nostros gemitus nostrasque preces defert ad Patrem; hunc sibi in animo suo adorandum atque inuocandum iuxta uerbum traditum proposuisse, qui sanctus est omnium sanctorum, neque in re omnium maxima, hoc est, in inuocatione aeterni numinis, quae summa et 35 caput est totius religionis et quae nota ueram religionem Christianam a Turcica et idololatrica secernit, nouos cultus alienos a uerbo Dei aut repugnantes uoluntati diuinae suo sibi cerebro audere confingere; si quid illi melius scirent, docerent sane, praebituram se et attentam et docilem.

5 Ad hoc foeminae responsum obstupefacti theologi rursus stulticiam suam ac impietatem magis ac magis produnt et foeminae negocium facessunt. 'uerum quidem est' inquiunt 'Deum esse adorandum, quod nos non negamus. sed quae est ista tua audacia seu potius impudentia, ut perfricta fronte, illotis manibus ac pedibus ausis prodire in conspectum Dei, quem tot modis offen- 5 disti, quod non auderes facere in conspectu hominis? sic tecum cogita: si forte Imperator in hanc urbem ueniret et tibi ab eo aliquid esset impetrandum, nonne, priusquam ipsum auderes compellare, D. de Granduellam interpellares aut alios quos Imp⟨eratori⟩ esse gratos putares propicios faceres eosque patronos postulares qui apud Imp⟨eratorem⟩ commendarent, qui 10 tuas preces illi primum proponerent? certe sic faceres.'

2 Vide, mi praeceptor, quomodo illi sapientes mundi, siue destinata malicia siue ignoratione turpissima siue alio impietatis morbo fascinati, hoc argumento racionis quasi inuictissimo propugnaculo muniti adhuc pergunt insanire. 15

3 At non proinde debilitatus est foeminae animus. quin audacius ac prudentius responsum dedit quam illi unquam expectarant: 'uos' inquit 'mihi uicissim respondete: si forte Imperator ipse esset in fenestra, qui me suo fauore

29-30 dominum ... seruiendum] *Matth. 4, 10* || 31-32 unicum ... nostris] *cf. 1 Tim. 2, 5 et Gal. 1, 4* || 32-33 quique ... ad Patrem] *cf. Hebr. 5, 7 et 7, 25*

sciret opus habere, et transeuntem per plateam propria sua uoce aedita ad se
20 uocaret, "heus", inquiens, "muliercula, scio te indigere ope mea, ascende
huc ad me, uolo tibi quae uis libenter praestare", num uobis autoribus cunctarer, donec alios mihi patronos prius conciliassem, an alioqui recta ad ipsum Imperatorem accederem, qui solus potest et uult quod ab ipso postulo donare? certe ego relictis membris ad caput recta contenderem, praesertim
25 cum ipse sua uoce ad se ut uenirem significasset. quod si uestrum iudicium sequuta illi responderem expectandum esse, donec Granduellam patronum parassem, nonne iure digna possem haberi graui repulsa, cum ad ipsum dominum uentum esset neque postulatum impetrarem, ut quae autoritatem ministri quam domini maioris fecerim? deinde, quae haec esset impietas ex 4
30 corruptis hominum moribus aeternam Dei uoluntatem uelle aestimare aut hac humana et uiciosa similitudine legem de cultu Dei et religione statuere? habeo ego coelestem Imperatorem Christum Iesum redemptorem ac seruatorem totius generis humani. is disertis uerbis ad omnium ordinum homines clamat "uenite" inquiens "ad me non unus aut alter selectus magister noster,
35 sed omnes, non uos qui iusticia uestra inflati iusticiam Dei induere non uultis nec ea uos indigere iudicatis, sed quicumque laboratis et onerati estis, quicumque peccatorum pondere grauati miseriarum leuationem ac admissorum condonationem iuxta Dei misericordiam ex animo requirendo ingemiscitis". fateor me unam de illis esse quae saepenumero diuinam maiestatem 5
40 suis delictis offenderint, fateor me frequenter deliquisse atque ita deliquisse ut indigna sim quae oculos in coelum attollam. sed iterum erigitur mihi animus audita Imperatoris mei uoce, qui nouit miseriam meam eamque sua misericordia uult sanare. quid opus nunc habeo ullo patrono qui aditum mihi ad meum principem patefaciat, quum haec sit aeterna seruatoris nostri uo-
45 luntas, quam suo scripto ratam suoque sanguine confirmatam nobis reliquit, ut recta sine ulla mora nec alio quam fiduciae patrocinio coram ipso progrediar? an iudicio uestro clamanti Deo respondere deberem expectandum quidem esse, donec Petro aut Paulo comitata ueniam? (quamquam illorum ego illustria pietatis exempla ex animo ueneror meque illis similem efficere at-
50 que alterius fidem, alterius dilectionem conor imitari.) nonne pro isthac contumacia repulsam a Deo pati iure deberem? etenim impietas horrenda est uerum illum inuocationis honorem, qui uni Deo totius generis humani conditori ac instauratori debetur, in ullam creaturam aut naturam uel angelicam quidem uelle transferre.'

34–39 uenite … ingemiscitis] *cf. Matth. 11,28*

23 accederem *corr. Boehmerus* -ere **P** || 43 qui] *hinc principium ducit* **A** || 49 sancti quatenus honorandi *adnotat in marg.* **A**

6 Ad hunc foeminae sermonem plane obstupuerunt uenerabiles domini magistri nostri, quantumuis illuminatissimi, ac tantum eam Lutheranam uocantes recesserunt. hoc modo possunt argumenta uniuersa nullo negocio dissoluere. 55

6 Sunt illi perpetuo duplici quodam armorum genere instructi, quorum altero feriunt quem habent suspectum, altero suas omnes stultitias, impietates et quasi palpabiles idolomanias strenue tuentur. ea sunt *haeresis* et *ecclesiae* speciosum omnino planeque plausibile utrumque nomen, horum praesertim sycophantarum instituto accommodatum. si uerbum unum ausis improbare 5 earum superstitionum atque impietatum, in quibus illi ab ineunte aetate instituti ac imbuti sunt, illico audis haereticus. rursus si quid proferas quod alienum ab ipsorum constitutiunculis uel deprauatissimis uideatur, statim furiose clamant infandum facinus commissum, uiolatam esse ecclesiae maiestatem, labefactatam ecclesiae autoritatem, cum iuuenculus heri aut nudius 10 tertius natus audet noua dogmata contra ecclesiae decreta pronunciare, etiamsi crassiores tantum illorum insanias aut manifesta flagitia minimo uerbo notaueris. ecclesia igitur esse debet quicquid illi somniant, etiam eo loco ac tempore cum mente capti sunt (quod non raro accidit) aut alioqui grauissimis flagitiis sunt contaminati, haeresis uero quicquid ab eiusmodi 15 delyramentis quoquo modo aduersum esse uideatur. hi⟨n⟩c quaestus est illis multo uberrimus.

2 Ac proinde, cum uiderent ab ipsis etiam mulierculis se ludibrio haberi, finem imponere causae captiuorum statuerunt. quomodo uero id fecerint, mox audies. 20

7 Erant uaria hominum genera quorum alii magis, alii minus periclitabantur, ut erant uariae aduersus unumquemque impositae criminum probationes, quamquam multi non uulgares homines, qui causas et consilia rabbinorum propius nouerant, de uita omnium dubitabant. prius igitur in sui ordinis homines sacerdotes animaduertere uisum est. 5

2 Etenim principio comprehenderant duos D. Petri sacellanos, de professione theologica, quos illi filios adulterinos et rebelles solent appellare, quorum alter iunior aufugit ex eo loco ubi fuerat collocatus. quam indigne tulerint magistri nostri eum esse liberatum, qui omnium maxime suspectus semper est habitus, a quo sibi in primis metuebant tanquam a familiari ac 10 domestico teste, qui apud aliarum gentium homines eos traducere eorumque fraudes et scelerata consilia prae caeteris propalare poterat, nemo est qui pro

1 sophistarum arma duplicia *in marg.* **A**

1 tragoediae Louaniensis exitus *in marg.* **A** || 2 uariae **P** uarii **A** | criminum **P** criminis **A** || 6 sacellanos **AP** capellanos *Campanus* | sacerdos captiuus fuga euadit *in marg.* **A** || 7 solent **P** solebant **A** || 8 fuerat **A** erat **P** || 10 ac **P** et **A** || 11 eorumque **A** ipsorum **P**

dignitate possit describere, quamquam facile ex eo quid animi habuerint possumus aestimare, quod protinus coeperint inclamare hominem haereticum aufugisse, quem ego uirum honestum noui, facile nimirum omnium theologorum doctissimum. publice affiguntur aedicta in ualuis templi quae fugitiuum reuocabant: quod si non ad praescriptum diem reuerteretur, fore ut terrifico illo anathematis fulmine eum absentem ferirent et contumacem haereticum publicitus pronunciarent.

3 At ille, quoniam uidebat maius imminere periculum, si rediret, quam si uel solam uitam alio in loco tueretur, mollicula anathematis fulmina sustinere quam in manifestum uitae discrimen uenire maluit. extemplo igitur publicis scriptis pertinacem haereticum, qui ad iudicium et correctionem sanctae matris ecclesiae (usitata ipsorum phrasi) uenire recusauerit, declarant. ad haec inuolant in aedes et tanquam insatiabiles Harpyiae omnia illius bona diripiunt. o histriones, ut norunt agere suas fabulas coram simplici populo, sic tamen ne unquam sine praeda domum reuertantur, quodque omnium est grauissimum ac deplorandum maxime, non sine magna aeterni Dei contumelia atque ingenti animarum iactura!

8 Deinde Paulum aggrediuntur (sic enim uocabatur alter sacerdos), hominem prouectae aetatis, canis conspersum, pene sexagenarium, modestum atque eruditum hominem, quem tamen illi pro manifesto haeretico haberi uolebant. in huius aedes omnium primum irruperant et, quoniam in componendis hymnis Germanicis potissimum ex sacris literis felix erat multaque scripserat cum numeris adstricta tum oratione soluta, quae omnia theologi corraserant, manifestum contra eum telum habebant, quo sine alia inquisitione iuxta leges Imperatoris poterant innoxios iugulare.

2 Verum ne res fieret sine solemni pompa, quo magis incuterent terrorem uulgaribus hominibus, in publicum spectaculum prius eum deducere uoluerunt. adornatur aula quaedam amplissima in coenobio Augustiniano, cuius in medio theatrum quoddam erigitur ad iustam altitudinem, ut quae in eo agerentur multitudo hominum facile posset spectare. et quia uulgi seditionem metuebant, cuius animos ad religionem satis propensos sciunt seque ab illis odio haberi non ignorant, auxilium magistratus implorarunt, qui ualida armatorum hominum manu ipsos tueretur.

3 Sic tandem deducitur ad spectaculum reus multis armatis hominibus stipatus, homo perpusillus, barba prominenti, exsanguis, macilentus, dolore atque inedia pene consumptus, quem tabefactum cadauer aut umbram hominis, non hominem iure appellare potuisses. sequitur Rector Vniuersitatis et

13 citatus non comparet *in marg.* **A** || 14 coeperint **P** coeperunt **A** | damnatur *in marg.* **A** || 24 declarant *ante* qui (23) *transp.* **P** | actio cum Paulo sacerdote *in marg.* **A**
17 pompa examinis *in marg.* **A**

recentior et antiquior, ille Doctor, hic Theologiae Licenciatus. sequuntur Iacobus Latomus, Rhuardus Ancusianus, Cancellarius atque Haereticae Prauitatis Inquisitor, Prior Dominicanorum, omnes hi Doctores Theologi. his accedebat quidam Tilmannus, Praeses in collegio Pontificis, Theologiae Licenciatus, homo isto consessu dignissimus. 25

4 Audis lumina mundi, sed quam acutum cernant nunc intelliges. confluit ad nouum spectaculum ingens hominum multitudo cum ciuium tum studiosorum. conscendunt theatrum illi magni doctores, quos nominaui, iidem accusatores et iudices adstantis rei, quem secum quoque in locum illum sublimiorem adsumunt. sedent in ambitu omnes, quorum in medio consistit reus. 30 manent inferius stipatores uario armorum genere instructi, ambientes theatrum, quasi praesidiarii milites in hoc parati, ut locum illum tuerentur ubi sedent uenerandi domini magistri nostri, ne quis in haec ecclesiae columina impune audeat impetum facere. ipsissima fuit eorum satellitum, militum et carnificum imago, qui Christum seruatorem in horto comprehenderunt, 35 deinde ad iudices, tandem ad crucem deduxerunt.

9 Sed priusquam tibi impia iudicia impiorum hominum describam, operae pretium erit pauca quaedam de ipsis iudicibus deque eorum natura, moribus et doctrina attingere. tum iudicium ac sententiam tantorum doctorum commemorabo.

2 Primum igitur locum Iacobo Latomo honoris causa tribuo, sequutus hac 5 in re sententiam ipsorum rabbinorum, cui uno consensu totus ordo theologorum primam doctrinae laudem deferebat. hunc profecto nemo ignorat, uel tacente me, ipsum se stultitiam suam toti orbi propinasse deridendam, ut neque bonorum admonitiones neque helleborum ab Oecolampadio missum illius putidi cerebri sordes potuerit repurgare. nam praeterquam quod om- 10 nem liberalem doctrinam et linguarum peritiam (manifestum sane Spiritus Sancti donum) superbe aspernabatur, hanc felicitatem florenti nunc iuuentuti inuidebat, quam homo balbus assequi non poterat, eoque publicis clamoribus, quod ego non semel ab ipso audiui, bonarum artium professores, quos ille grammatistas uocabat, magnis conuiciis solebat dehonestare. quin 15

9 helleborum ... missum] *I. Latomi De confessione secreta et J. Oecolampadii Elleboron, Basileae 1525, qui libri simul in eodem uolumine typis euulgati; cf. etiam eiusdem Oecolampadii Paradoxon, quod non sit onerosa Christianis confessio, Basileae 1521* || 15-17 quin et scriptis ... insectatus est] *respiciunt haec uerba ad I. Latomi De trium linguarum et studii theologici ratione Dialogum, Antuerpiae 1519; cf. etiam Erasmi responsionem in sua Apologia, Basileae 1519*

30 ouis in medio luporum *in marg.* **A**
1 iudicum descriptio *in marg.* **A** || 5-26 [1]Iacobus Latomus, literarum humaniorum hostis, de salute desperat *in marg.* **A** || 8 stultitiam suam **P** suamque stultitiam **A** *fortasse recte* | propinasse deridendam **P** deridendam propinasse **A** || 15 solebat **A** solet **P**

et scriptis aeditis ex professo linguarum studia et politiores literas hostiliter insectatus est.

3 Quid dicam de scientia rerum sacrarum, qua in una praeter caeteros florere atque omnis theologiae arcem se tenere arbitrabatur? certe sine lachrymis tantae caecitatis, tantae insaniae, tantae denique tamque manifestae impietatis recordari non possum. abunde illius scripta testantur quid mentis habuerit in cognitione doctrinae coelestis, quam euangelicam aut, si mauis, uere theologicam licebit appellare.

4 Testatur quoque ipsius mors, cuiusmodi doctrinae genus fuerit in uita professus. constat enim aliquot ante mortem diebus maximis conscientiae angoribus laborasse deque salute animae suae publice ac priuatim aeditis uocibus non sine ingenti luctu et perpetuo gemitu desperasse. o miserandam doctrinam, quae, cum maxime fructum aliquem ex ea colligere oporteret, tum uacuum consolatione, plenum desperatione reliquit professorem! quod si miser Latomus ab eo in quo nunc est loco redire in hanc lucem posset, dubium non est quin et ipse de mutando doctrinae genere cogitaret et collegas suos admoneret, ne in tantis sordibus et crudelitatibus, quibus nunc immersi et quasi sepulti iacent, diutius uolutarentur.

5 Taceo innumeras pene ac plus quam pueriles stultitias, quas semel Bruxellae pro concione in publica maximorum hominum corona praesente Imperatore protulit adeo inconsiderate, ut cum in ipsa concione multi aulici insaniam hominis suauiter riderent ac tantum non exsibilarent, tum uero post concionem non defuisse ferunt qui dixerit Imperatori: 'Sacra Maiestas, hic est omnium theologorum Louaniensium facile princeps, ex quo de reliquis licebit facere coniecturam.' sed hunc relinquo, cui sane optarem ego (si quid eiusmodi uotis proficitur) meliorem sortem quam ipse in fine uitae suae potuit sperare.

10 Huic proximus et simillimus est Rhuardus Decanus, homo miserabili balbutie, summa impietate, summa perfidia et summa crudelitate praeditus. Inquisitor Haereticae Prauitatis uocatur, qui captiuos aut eos qui aliqua suspicione haereseos laborant solet examinare. Deum immortalem, quibus fraudibus, quibus cuniculis simplices et innoxios homines conatur circumuenire, quibus imposturis et mendaciis causam alioqui honestissimam solet dehonestare! certe cum huius impudentia, crudelitas atque indocta arrogantia mihi in mentem ueniunt, toto pectore contremisco.

2 Gustum tibi qualemcumque illius ingenii praebebo. cum forte Louanii ali-

19 theologiae arcem **AP** 'l'art de théologie' **H** || 29 professorem **P** possesorem **A** || 30 ab **A** ex **P** | in *om.* **P** || 38 ferunt **P** ferant *post corr.* **A**

1 et **A** it **P** | est *om.* **P** | [2]Ruardus Decanus *in marg.* **A** || 9 ex carnis esu magna malorum Ilias *in marg.* **A**

qui ciues in Quadragesima praeter morem ibi receptum, uel quod esu pi- 10
scium offenderentur, uel quod sua libertate uti uellent, conuiuium priuatum
ex carnibus instituissent, extitit forte inter eos qui conuenerant quidam cae-
teris infirmior, cuius animus adeo et sua et aliorum libertate, quam paulo
ante ipse probarat, sauciatus fuit, ut plane existimaret inexpiabile facinus a
se commissum neque posse placari iram Dei, nisi patefacto crimine absolu- 15
tionem tanti sceleris a sacerdote impetraret.

3 Accedit hunc Decanum, ait esse quiddam in animo suo, quod uehementer
conscientiam grauaret, eoque uelle apud ipsum secreta suae conscientiae de-
ponere. tum ille cohortabatur trepidantem, iubebat esse bono animo, addens
etiam Deum quidem esse misericordem, ut lapsos uelit recipere; illius quo- 20
que peccata uelle omnia condonare, modo prius confiteretur, dein idoneam
ageret poenitentiam. 'quare' inquit 'effunde in sinum meum quicquid isthuc
est curae; ego pro eo ac potero labefactatam conscientiam erigam et confor-
tabo.' 'faciam', inquit alter, 'si fidem des te taciturum.' ad haec Decanus 'non
est' inquit 'cur haec solicitudo te multum cruciet. neque enim tu mecum lo- 25
queris in confessione, sed Deo ipsi, qui mirabili suo consilio efficit ut sacer-
dotes Dei, postquam audiuerunt sacras confessiones et absolutionem pro-
4 nunciarunt, nihil istorum amplius possint meminisse.' tum homo rem
uniuersam patefecit. alter callide quoque extorsit nomina et cognomina eo-
rum qui conuiuio interfuerant. deinde absolutionem pronunciauit. sed ante- 30
quam a se dimitteret absolutum, loquebatur ille in hanc sententiam: 'fili,
Deus tibi hoc peccatum condonauit. sed quia ego sum labilis memoriae et
fieri posset ut alii quoque, qui tecum tantum facinus perpetrarunt, et quem-
admodum tu nunc fecisti, sic et illi ad me ueniant petituri consolationem,
quaeso te ut eorum nomina mihi in scripto tradas, tantum ut secreto apud 35
me seruare et imbecillitati memoriae possim subuenire.' quid multis? adegit
suis blanditiis et imposturis ut nomina et cognomina et rem gestam illi de-
scriberet.

5 Postridie accedit magistratum, scriptum offert, obtestatur per omnia nu-
mina ut homines illi comprehendantur et dignum tanto scelere exemplum 40
stabiliatur. comprehenditur primus idem autor scripti; alii, qui ab amicis
praemoniti fuerunt, fuga sibi consulere, ius ciuitatis, domum, uxores, liberos
et totam familiam deserere quam in uitae discrimen peruenire maluerunt; re-
liqui ex illis, qui fuerunt comprehensi, uix omnibus suis bonis mulctati ui-
tam incolumem seruare potuerunt. 45

12 forte **A** fortassis **P** | quidam *ante* inter eos *transp.* **P** || 18 suae *om.* **A** || 21 uelle omnia **P** omnia uelle **A** | prius … dein *om.* **A** || 23 confortabo **A** cohortabor **P** || 30–42 Ruardi astuta calliditas, immanis saeuitia, in Philippum inuectiua *in marg.* **A** || 34 illi **A** ei **P** || 41 stabiliatur *post corr.* **A** || 43 peruenire **P** uenire **A**

6 Haec a uiris fide dignissimis Louanii audiui. nunc dicam quod ego ipse uidi. habet pro consuetudine sceleratus ille omnes suas conciones uituperatione Lutheri et omnium Lutheranorum cumulare, te uero dealbatorem dogmatum Lutheranorum uocat. posteaquam aeditus est libellus de ecclesia, longissima concione in eum inuectus multis imposturis et mendaciis totam euangelii doctrinam insectabatur. atque ut magis in inuidiam tui traheret totam concionem, uide quantum mendacium excogitauit. non dubitauit affirmare homo sceleratissimus uerbis seditiosis et blasphemis, 'uidete', inquiens, 'qualis sit iste doctor qui nunc scribit librum de ecclesia!' et 'cum in eo omnes doctores ecclesiasticos, totam ecclesiam uituperat, tum uero Deum ipsum autorem facit peccati', cum diserte legantur in Locis Communibus haec uerba: hanc propositionem utraque manu, imo etiam toto pectore tenendam esse, quod Deus non sit autor peccati.

7 O fraudulentum impostorem! tempus mihi deesset, si eas fraudes, uersutias, crudelitates, quas iste flagitiosus abominanda quadam hypocrisi audet in animo suo concipere et opere ipso perpetrare, uel summis lineamentis uellem adumbrare.

11 Quid dicam de Francisco a Zon? (sic enim nominatur qui tum temporis Rectoris officio fungebatur.) hic unus praeter caeteros insectatione ueritatis hoc tempore incipit florere estque hic hostis euangelii inuictissimus, qui sententiam aduersus concionatorem Reginae (ut postea dicam) pronunciauit. eo praeterea fastu, ea superbia, iis fraudibus, imposturis, calliditate, caecitate, crudelitate inebriatus est, ut incarnati diaboli nomen apud omnes bonos obtinuerit.

2 Qui illi assidebat Theologiae Licenciatus, salutem animae nullo modo se consequi posse arbitrabatur, si in saeculo (ut ille loquebatur) maneret, ideoque paulo post sectam Franciscanam professus est, ubi uereor ne plus quam saeculum reperiat qui saeculum effugere uelle praedicabat. quamquam, ut tum erat bonorum iudicium, non alia ratione id fecit nisi ut magis occulte atque impune Licenciato liceret peccare.

3 Alter Licenciatus Pontificius talis est, ut ipso uultu latentem animi morbum inuidia et liuore corrosi manifeste prodat, ut, si hypocrisis ipsa pingenda esset, nulla omnino facies reperiri posset quae teterrimi morbi naturam oculis humanis repraesentaret euidentius.

57–58 hanc propositionem … peccati] *cf. Ph. Melanchthonis Loci Communes rerum theologicarum siue hypotyposes theologicae, Wittenbergae 1521 = Corpus Reformatorum, Halle 1834–1860, t. XXII, 666–691, sub capite 'De causa peccati et de contingentia'*

55 uituperat **A** uituperet **P**
1 [3]Rector Louaniensis *in marg.* **A** ‖ 8 [4]Licenciatus Theologiae *in marg.* **A** ‖ 14 [5]Tilemannus L⟨icenciatus⟩ *in marg.* ‖ 16 esset **A** est **P**

4 Monachus quoque Dominicanus, eodem iure cum aliis conspersus, tanto caeteris omnibus deterior haberi potest, quanto ui et copia Brabanticae orationis in dicendo superior iudicabatur. 20

5 Habes, mi praeceptor, naturam et ingenium iudicum quamquam nimis tenuiter depictum, unde facile et tacente me iudicare poteris, qualis ab eis hominibus sententia speranda erit, qui eiusmodi praeclaris uirtutibus mores suos et mentes illustrarunt. et tamen, ut semel quod incoepi absoluam, audi, quod postea sequutum est et quos articulos uelut haereticos condemnauerunt. 25

12 Postea uero quam pro tribunali omnes illi suo ordine consedissent multis satellitibus stipati, reum in medio erectum collocassent totique concioni silentium indixissent, Rector Vniuersitatis, cui dicendi partes demandatae fuerant, quod caeteris esset et callidior et uocalior, coepit in hanc sententiam soluere silentium: 5

2 'Neminem uestrum ignorare arbitror, uiri Christiani, quam ob rem hodierno die hunc in locum conuenerimus. nam cum eo loco gubernationis constituti simus eaque administrandi ac pascendi gregis dominici cura nobis incumbat, sine magno scelere hoc nostrum officium praetermittere non potuissemus. sed quia fideles ministros coelestis doctrinae ac prudentes dispensatores mysteriorum Dei nos praestare uoluimus, qui gregem domini (ut bonum pastorem decet) aduersus uiolentas luporum incursiones integrum atque illaesum seruare, lupos occidere ac trucidare debeamus, ex officio nostro eque reipublicae salute fore iudicauimus, si qui inter nos lupi essent, qui ecclesiae nostrae unitatem discinderent et nostras ouiculas uel sua scabie inquinarent uel aedita alieni pastoris uoce ad defectionem sollicitarent, tanquam lupi rapaces tollerentur et uelut putria mystici illius corporis membra e medio nostri amputarentur. 10 15

3 Diserte iubet ille, cuius ecclesiam gubernamus, Christus Iesus, ut, si quod membrum in corpore nostro nos offendat, celeriter illud abscindamus et procul a nobis remoueamus, ne, si uicinas corporis partes aliqua mora depascere incoeperit, breui fiat ut reliquum corpus alioquin integrum in foedam putredinem conuertatur. exemplum atque ordinationem seruatoris nostri sequuti, cum sciremus multos esse lupos qui insolenter in agro nostro grassarentur, exultantem illorum audaciam reprimere, uim atque iniuriam a capite nostro 20 25

19–23 si quod ... conuertatur] *cf. Matth. 18, 8*

18 [6]Prior Dominicanorum *in marg.* **A** || **21** arboris malae fructus mali *in marg.* **A** || **23** erit **P** sit *post corr.* **A** || **24** tamen **A** tum **P**

1 processus iudicialis *in marg.* **A** || **3** dicendi partes **P** partes dicendi **A** || **6** Rectoris oratio *in marg.* **A** || **17** putria **P** putrida **A** || **19** Christus Iesus **A** Iesus Christus **P**

et gregis domini, cuius curam gerimus, arcere pernecessarium esse in hoc tempore duximus.

Quare aliquot eiusmodi lupos comprehendi curauimus, quuorum de numero uel praecipuum esse iudicamus hunc reum, quem coram astantem uidetis cumque multis ac grauissimis haeresibus contaminatum, quas adhuc incredibili pertinacia conatur defendere. ne uero id nos sine magnis et iustissimis causis dicere uideamur, audite nunc praecipuas illius haereses et quibus modis eas exploratas habeamus. nos ingressi aedes ipsius offendimus apud eum multos libros Lutheranos poena capitis, quod nemo uestrum ignorat, prohibitos. et quasi leue facinus hoc illi uideretur, composuerat ille de suo multa Germanica scripta, in quae totum Lutheranum uirus effunderat. cuius rei manifestum testimonium praebent hae propositiones quas ex libris propria ipsius manu descriptis excerpsimus:

~ Primo non dubitat affirmare homo audacissimus quod sola fides iustificet.
~ Secundo ait quod credere ⟨in⟩ remissionem peccatorum et amplecti misericordiam Dei in euangelio oblatam sufficit ad salutem.
~ Tertio affirmat traditiones humanas non posse obligare conscientiam etiam extra casum scandali.
~ Quarto negat esse liberum arbitrium.
~ Quinto negat esse purgatorium.
~ Sexto affirmat quod nec diua Virgo nec sancti in sua persona intercedunt pro nobis extra personam Christi.
~ Septimo quod neque diua Virgo neque sancti sint inuocandi, quatenus sunt priuati homines et non inserti corpori Christi.

Has paucas de multis aliis propositiones uelut insigniores haereses e suis libris decerptas in hoc publico theatro pronunciare et tanquam haereticas multo ante in Luthero et aliis haereticis ab ecclesia reprobatas condemnare uoluimus, cum ut digna poena in hunc impium earum defensorem statueretur, tum ut huius exemplo totus populus admoneretur, ne ad eundem lapidem impingere aut a similibus impostoribus a recepta ecclesiae Romanae sententia se dimoueri patiatur.

Moueat igitur uos, qui adestis, amor iustitiae, moueat periculi metus, moueat salus animarum ut serio cogitetis quanta res quamque periculosa sit autoritatem ecclesiae uiolare, multorum seculorum consensum, ordinariam Romanorum Pontificum potestatem contemnere, pulcherrimas illas sacrorum ceremonias, sanctissimorum patrum traditiones, receptas ab ecclesia consuetudines negligere. quod si periculi magnitudo, salus uestra, incolumitas pa-

28 aliquot **P** aliquos **A** || 30 cumque *om.* **A** | ac **P** et **A** || 31 accusatio rei *in marg.* **A** || 39 articuli damnati *in marg.* **A** || 41 Dei *om.* **A** || 59 exhortatio ad spectatores *in marg.* **A** || 60-61 pulcherrimas … ceremonias *om.* **PH**

triae neminem uestrum ab eiusmodi perniciosis sententiis deterreret, certe ipse communis sensus, ipsa naturae uis, ipse aeterni supplicii horror deberet a tanta insania et plane abominanda dementia uestros animos reuocare. 65 quaeso ut cum animis uestris diligenter reputetis, quis adeo mente captus reperiri posset, qui unius aut alterius insani hominis sententiam uniuersae Europae principiis, totius orbis terrarum iudiciis, omnium aetatum maiorum nostrorum exemplis, ecclesiae denique ipsius et sanctorum conciliorum autoritati anteferendam esse fateatur. 70

8 Quare uos omnes hortor maioribus uestris dicto audientes, pietatis cultores et ueros ecclesiae filios uos ipsos praestetis, a noua ista sectarum colluuie, tanquam a perniciosa animarum peste, corpore et animo, totis sensibus abhorreatis, ne similes huic misero impostori sitis aut par iudicium uobis cumuletis. hunc igitur reum, qui omnes suas haereses adhuc tueri co- 75 natur, non simplici mortis genere pro tantis sceleribus dignum iudicamus.

9 Caeterum quoniam nobis non licet interficere quemquam et tamen cupimus ut eiusmodi putria membra e medio tollantur, quod unum possumus, hac sententia nostra definitiua eum haereticum esse pertinacem pronunciamus. ad haec, nisi omnes suas haereses ad arbitrium nostrum uoluerit recan- 80 tare, scripta et libros suos propriis manibus incendio tradere, degradari eum sacerdotis titulo et omni sacrorum ordinum dignitate aut priuilegio omnino spoliari iubemus, atque hoc modo ab integritate corporis nostri auulsum in manus ciuilis magistratus tradi uolumus, ut eo porro supplicii genere afficiatur, quo eiusmodi pertinaces haeretici puniri consueuerunt.' 85

13 Habes seditiosam concionem, quam eandem mirifica uerborum uolubilitate et pathetica prorsus oratione Prior Dominicanorum, ut est in dicendo uehemens, rursus Germanicis uerbis ad populum coepit pronunciare. Deum inmortalem, quas machinas *τῶν παθῶν* admouebat! quanta audacia, ne dicam impudentia, e sublimi detonabat! sed ut eloquentia, definitore Platone, 5 est Deo grata dicere, eaque inanis loquacitas iudicatur, quam materies idonea destituit, in qua uires suas exerat dicendi facultas, ita noster orator in causa absurda neque lumine uerborum dignitatem rerum quam simulabat tueri poterat et totam concionem ad risum seu potius ad dolorem atque indignationem prouocabat. 10

2 Vidi et audiui multos in eo loco qui oratorem illum et totum impiorum iu-

77 nobis … quemquam] *Ioan. 18, 31* || 5–6 eloquentia … dicere] *Plato Phdr. 273 e*

66 multitudo errantium *in marg.* **A** || 68 principiis *scripsi* principibus **A** principis **P** 'du prince' **H** | rei condemnatio *in marg.* **A** || 84 tradi **A** tolli **P**
1 concio Prioris Germanica *in marg.* **A** || 6 inanis **A** immanis **P** || 9 spectatorum indignatio *in marg.* **A**

dicum consessum libenter e suis sedibus deposuissent, si tantum aliquis inuentus esset qui uelut aliorum dux negocium ad se suscepisset, praesertim cum omnibus constaret illos ipsos stipatores, qui ad defensionem rabbino-
15 rum comparati erant, et inuitos eo deductos esse et non admodum aduersos fore studiosis, si quod habebant in animo fuissent aggressi.

Dum haec sententia recitatur, quasi loquendi usus sibi ablatus fuisset, ne 3 uerbum quidem protulit reus, credo (ut multi dicebant) quod perpetuum illi silentium fuerit impositum, quamquam impio illorum decreto non erat ob-
20 temperandum. audit atrocem sententiam contra se pronunciari, audit gloriam et ueritatem Dei, quam eo usque defenderat, magnis conuiciis proscindi, nec audet hiscere et, cum tanta necessitas ad clamandum uel lapides ipsos nedum homines prouocare potuisset, tamen interim stat mutus nec audet aperire os, ut uel se ipsum uel euangelii causam tueatur. tuli peracerbe
25 tantam ignauiam, ut par erat, sed quia remedium, ut causae magnitudo postulabat, adferre non poteram, silentio potius rem tantam eo tempore mihi praetereundam quam insectatione coarguendam esse iudicaui, donec tandem dicendi uices ad me deuoluerentur.

Hoc igitur spectaculo, quemadmodum dixi, peracto tota concio dissoluitur, quisque suum in locum reuertitur, soli satellites, iudices et reus – non iam amplius reus sed plane condemnatus – manent. ego, quia fabulae *καταστροφήν* uidere cupiebam, non prius discedere uolui quam rem uniuersam
5 spectassem. **14**

Paulo post descendunt pariter omnes et tota illa satellitum cohorte magnaque monachorum caterua stipati in habitationem quamdam eiusdem coenobii ingrediuntur, ad quam ex aula ipsa, ubi egregius ille ludus celebratus erat, patebat ingressus. ad haec secretiora adyta non admiserunt nisi qui tra-
10 goediae partes tuebantur et communibus cum illis mysteriorum sacris erant initiati. 2

Retulerunt nobis, qui spectatores fuerunt, hoc etiam in eo loco magistros nostros nouis obtestationibus, coniurationibus, blandimentis, pollicitationibus, cuniculis efficere laborasse, quod antea manifesta ui persuadere non po-
15 tuerunt, uidelicet ut recantaret perniciosas opiniones, ne anima simul cum corpore aeternis poenis condemnata interiret. neque hoc istis impostoribus sufficit, ut quo iure quaque iniuria pios homines ad supplicium rapiant, nisi etiam ad desertionem Christianae professionis peruersis suis artibus sollici- 3

23–24 stat … os] *cf. Isai. 53, 7*

16 fore **P** fuisse *post corr.* **A** ‖ 17 rei silentium *in marg.* **A** ‖ 27 esse *om.* **P**
1 tragoediae finis *in marg.* **A** ‖ 4 discedere **P** recedere **A** ‖ 8–9 celebratus erat **A** celebrabatur **P** ‖ 12–25 Paulus nouis machinis oppugnatus labascit *in marg.* **A** ‖ 12 eo *om.* **P**

tent. et tamen in tanta rerum omnium perturbatione, tantis impiorum oppugnationibus labefactari uix poterat miseri hominis animus. 20

4 Caeterum ad tormentorum mentionem, cum ea in eum exempla designare uelle praedicarent, qualia nondum ab ullo Phalaride inuenta essent aut excogitata, ut homo infirmus coepit aliquantulum uacillare. ibi tum iudices reputantes secum quod ille ait: 'dum in dubio est animus, paulo momento huc illuc impellitur', satis multum illo suo congressu promouisse existimant eoque 25 colloquium abrumpunt et hominem inde abduci atque in loco alio munito diligenter custodiri curauerunt. interim non deerant hortatores de grege monastico et theologico, qui miserum hominem, ut a religione suscepta deficeret et publica mutati animi significatione horrenda illa supplicia auerteret, cohortarentur. 30

15 Interea, dum istius animus omnino peruertitur, Procurator Generalis cum toto phariseorum choro ad causam aliorum (quos laicos appellant) diiudicandam animum appulerunt. et quoniam nulla extabant certa testimonia (quamquam alioqui diligenter peruestigata) quibus premerentur, tormentis illos subiiciendos esse iudicarunt, ut hoc modo et quod de aliis scirent patefacere 5 cogerentur et qualem ab ipsis uolebant cruciatu et ui tormentorum extorquerent confessionem. deducuntur per plateas in publicum carcerem qui in aliis locis tenebantur, ut in eo, ubi erant tormentorum apparatus, cruciarentur.

2 Quamplurimos crudelissimis quaestionibus subiecerunt, nulla erat misericordiae spes, non sexui, non aetati parcebatur, non minus torquentur ma- 10 tronae honestae quam uiri inculpatissimi, nihil in ea urbe audiuisses totis quindecim diebus, dum haec carnificina exercebatur, praeter gemitus, suspiria, lachrymas ac lamentabiles eiulatus honestissimorum ciuium, qui uicem suorum amicorum, quos in magnis angustiis esse uidebant, deplorabant.

3 Clamores praeterea tristissimi eorum qui in carcere cruciabantur uniuer- 15 sam urbem personabant, ut nemo, quantumuis barbarum aut efferatum natura finxisset, sine ingenti animi dolore miserandos illos gemitus et clamores audire potuisset. at tanta erat impiorum spectatorum immanitas, ut non modo ad miserationem nullam mouerentur saeui carnifices, qui autores erant tantae crudelitatis, sed magna etiam uoluptate perfundi et quasi miri- 20

4 fice Christiano sanguine fuso delectari uiderentur. denique in hac confes-

24–25 dum … impellitur] *Ter. Andr. 266*

19 omnium *om.* **A** || 21–22 ea … uelle **P** ea exempla in eum uelle designare **A** || 22 excogitata **A** cogitata **P** || 24 huc illuc **P** huc atque illuc **A** || 25 promouisse **P** se promouisse **A** || 27 curauerunt **P** curant *post corr.* **A**

1 Procurator in reliquos laicos captiuos anquirit *in marg.* **A** || 5 subiiciendos **A** admouendos **P** || 6 tormentorum *om.* **P** || 9 quaestionum immanis crudelitas *in marg.* **A** || 18 inquisitorum immanitas *in marg.* **A** || 19 modo **P** solum **A**

sione a multis uiolenter extorserunt, quod postea et ipsis per iugulum rediit et occasionem praebuit, ut alii quoque innocentes comprehenderentur. tandem absoluta hoc modo carnificina reduxerunt unumquemque in suum pri-
25 stinum locum et se ad ferendam de Paulo sententiam contulerunt, cuius animum improbis suis adiurationibus prorsus iam praecipitaverant.

16 Denuo paratur theatrum in eodem loco Augustiniensium, excitatur in media aula ingens rogus, producitur reus, adferuntur libri et impressi et manuscripti. ibi ex praescripto theologorum coepit homo miser trepida uoce uituperare eam religionis sententiam, quam eo usque instinctu Satanae (horresco
5 referens) defenderat: eos articulos, quos antea iudices pronunciarant, cum aliis multis illis simillimis, qui suis libris continerentur, (o impietatem!) esse haereticos, impios et data opera ad seducendas miserorum animas compositos. haec et alia multa in hanc sententiam in Deum contumeliosa, in euangelium Dei blasphema, trepidabundus ille seniculus magno suspirio et singultu
10 pronunciabat, quorum ad cogitationem et mens tota perhorrescit et uniuersi animorum sensus conturbantur. 2 addebatur etiam ad populum adhortatiuncula, ut quisque miserabilem huius homuncionis sortem reueritus a tanta dementia sibi caueret; quod si quem fascinus forte Lutheranus teneret irretitum, eius quoque exemplum imitatus, qui suam sententiam recantabat
15 librosque comburebat, sic et ipse in animo suo sententiam impiam reuocaret et libros, si quos haberet, quemadmodum et ipse faciebat, igni comburendos traderet. et simul cum hoc dicto propria sua manu libros omnes in ignem coniecit.

3 Dum haec aguntur, dictu mirum, quomodo impii *ματαιολόγοι* in suis flagi-
20 tiis gloriantur et euangelio Dei non minus superbe quam contumeliose insultant. et tamen pro hoc facto, quod ex illorum arbitrio atque praescripto gestum erat, audi, quaeso, quam dignam gratiam misero seniculo reposuerunt. ad perpetuos carceres pane et aqua tantummodo alendum condemnarunt, at ea lege, ne quis ad eum admittatur, ne quid scribat aut legat aut ullam hu-
25 mani hominis communicationem habeat, sed in aliquo sordido antro uiuum cadauer sepultum maneat, donec uel naturae cursu uel uictus inopia uel certe animi moerore languescat ac tandem extinguatur. quae mors uel crudelissima non esset hac sententia optabilior? postea illum deduxerunt in castrum Villabordiense, quod est inter Mechliniam et Bruxellam situm, quo in
30 loco clausum etiamnum tenetur, si tamen adhuc spirat.

4 Haec res cum totam urbem peruagata ad aures multorum ciuium perueni-

1 executio sententiae contra Paulum latae *in marg.* **A** ‖ 2 palinodia *in marg.* **A** ‖ 5 defenderat **P** defendisset *post corr.* **A** ‖ 11 conturbantur **A** perturbantur **P** ‖ 16 comburendos **P** consumendos **A** | sophistarum exultatio *in marg.* **A** ‖ 23 supplicium remissum *in marg.* **A** ‖ 29 Villabordiense **A** Viluordiense **P** ‖ 31 de caeteris captiuis spes et sollicitudo *in marg.* **A**

ret, in magnam sunt erecti spem, qui aliorum captiuorum causa graui dolore afficiebantur, fore uidelicet ne quisquam eorum capitali supplicio plecteretur. multi auxilium Praetoris implorarunt orantes ne pateretur sanguinem suorum ciuium effundi, praesertim cum uiderent ei sacerdoti, quem aliorum 35 seductorem omnes uocabant quique prae caeteris dignus morte haberi poterat, uitam adhuc qualemcumque esse concessam. pollicitus ille quidem est omnem suam operam, idque ex animo, in salute ciuium conseruanda, quia natura mansuetus erat nec illa crudelitate delectabatur. sed cum uniuersis flagitiis atque imposturis nomen Imperatoris praetexeretur (quamquam ille 40 ignoraret omnia), re autem ipsa libidine istius Procuratoris Generalis, hominis pessimi et crudelissimi, gererentur, qui tamen personam Imperatoris ac uicem tuebatur, non potuit tantum efficere Praetor quantum libenter uoluisset.

17 Itaque postridie uocantur ad iudicium duo uiri audituri sententiam suam. deducuntur in domum ciuicam ad locum iudiciorum, ubi Procurator Generalis, accusator idem et iudex, pro tribunali sedebat. sistuntur rei coram ipso. certe cum eos uidimus, quos homines simplices et inculpatae uitae sciebamus, pene persuasum nobis fuit nihil graue in eos fore designandum. ibi tum 5 Procurator Generalis uultu truculento, uoce ad fraudes et deceptiones composita (nam et ego cum aliis eruditis prope aderamus qui uerba omnia facile potuimus exaudire) sic est exorsus:

2 'Amici, doleo uicem uestram, sed diabolus decepit uos ut in haeresin Lutheranam incideretis et tandem huc calamitatis perueniretis. ego nihil mali 10 in uos uellem designare, sed a Caesarea Maiestate sum hic constitutus ut iusticiam administrem. quare cum debeam officio meo satisfacere iuxta leges Imperatoris, iudico uos tanquam relapsos incendio plectendos esse. lex Imperatoris, ne eam ignoretis, sic habet, ut, qui semel propter Lutheranismum sit comprehensus, cui uenia fuerit concessa, si postea in suam haeresin relap- 15 sus denuo prehendatur, sine ulla causae inquisitione sit comburendus. uos autem cum non ignoretis ante annos uiginti per hanc eandem causam publica contumelia fuisse affectos, uitam uero integram uobis tum fuisse relictam, tamen non proinde a prauis uestris opinionibus uoluistis desistere, imo, ut uidetis, denuo ad pristinos errores relapsi, secundo estis comprehensi. iure 20 igitur hoc supplicium in uos statuetur, quemadmodum diserte iubent Imperatoris leges. ego in hoc loco a Caesare sum collocatus, ut iuxta leges ab ipso

33 ne quisquam **P** ut nullus **A** || 34 Praetoris **AP** 'bailly' **H** || 38 *post* conseruanda *add. supra uersum* parato **A** || 40 atque **A** et **P**

1 duo rei producti *in marg.* **A** | suam *in ras.* **A** || 3 pro tribunali sedebat **P** sedebat pro tribunali **A** || 7-8 facile potuimus **P** potuimus facile **A** || 9 Procuratoris concio *in marg.* **A** || 11 in uos uellem **P** uellem in uos **A** || 13 lex Imperatoris *in marg.* **A**

nobis traditas iudicium feram, et si uos dimitterem, non essem amicus Caesaris. quare cogitate de salute animae uestrae. nam ut audiuistis, corpus 25 breui comburetur.'

3 Tunc ad satellites conuersus iussit condemnatos in carcerem reduci et poenitentiarium ad eos mitti, apud quem peccata sua confiterentur.

18 Sic illi, ut uides, bis comprehensos uocant relapsos: quasi uero difficile sit innumeras pene occasiones inuenire, quibus optimum quemque in discrimen, ut iterum atque iterum comprehendatur, etiam sine ulla certa causa possis adducere, si tamen hoc sufficit, ut uita et salus honestissimorum ho- 5 minum improbis ac fraudulentis calumniatoribus subiecta et quasi exposita habeatur. quod si tantum occasionem perdendi omnes bonos quaeris, quis nescit uerissimum esse illud quod dici solet: 'facile te inuenire posse baculum quo canem caedas'. si uero eiusmodi leges non modo impias sed etiam a communi hominum sensu abhorrentes in republica Christiana admittimus, 10 quid hoc aliud est, quaeso, quam fenestram quamdam seu potius uiam latissimam patefacere peruersis hominibus, ut, quoties lubitum sit, bonorum uitae insidiari, alienas facultates inuadere, innocentiam traducere, pietatem prodere, denique omnibus et diuinis et humanis legibus pro libidine sua abuti posse uideantur?

15 2 Neminem hic insector, impios tantummodo praetextus uitupero. caeterum, utcumque piis ac doctis eiusmodi prodigiosae impietates probari non possunt, nihilo tamen minus hae leges in multis regionibus dominantur, quarum praetextu uix credas quantam Christiani sanguinis uim a quinque retro actis annis impii quidem nebulones effuderint. certe, ut de aliis inculpatissi- 20 mis hominibus taceam, isti duo manifesto esse documento possunt, quos iam non ob aliud condemnatos esse uidemus, nisi quia relapsi, hoc est, bis comprehensi dicuntur. non disputatur iure an iniuria capti sint. sufficit captos esse, ut capite plectantur. o crudelem caecitatem et caecam crudelitatem! quae igitur innocentia tuta, quae pietas integra, quae uirtus a tyrannorum in-

23–24 si uos ... Caesaris] *cf. Ioan. 19,12* || 7–8 facile ... caedas] *inter antiquitatis auctores hoc prouerbium frusta quaeras; cf. A. Arthaber, Dizionario comparato di proverbi e modi proverbiali in sette lingue, Milano 1986, n° 219, ubi Gallice et Germanice expressum inuenies*

1 nemo a calumniatoribus tutus: omnes rei constituentur, si delatori nulla necessitas sit probandi; omnibus contra facultas percontandi. Apul. Apol. 1 *in marg.* **A** | comprehensos uocant **P** uocant comprehensos **A** || 7 inuenire posse baculum **P** baculum inuenire posse **A** || 8 canem caedas **P** caedas canem **A** || 10 quid hoc aliud est **A** quid aliud facimus **P** 'qu'est-ce que autre chose que' **H** || 15 legum praetextu multi periclitantur *in marg.* **A** || 17 possunt **P** possint **A** || 18 sanguinis uim **P** uim sanguinis **A** || 20 relapsi *in marg.* A

sidiis libera in tanta rerum omnium confusione esse potest? sed nihil istius- 25
modi querelis aut rationibus proficimus.

19 Reducuntur illi in carcerem, quo in loco duobus integris diebus manere coacti sunt post latam sententiam. mittunt ad eos aliquot indoctos monachos, qui suis nugis miseros obtunderent et mora illa magis excruciarent.

2 Interim in urbe erant perturbata omnia, et quae ad supplicium de his condemnatis sumendum necessaria erant, nimia diligentia parabantur. et cum 5
alioqui suppliciorum locus extra urbem situs esset, tamen, quo maiorem ciuibus terrorem incuterent, in media urbe, in ipso foro, coram summo templo, qui Lutheranismi nomine puniebantur, sacrificare maluerunt.

3 Itaque cum postridie hostias destinatas immolare decreuissent et tanta esset in urbe perturbatio, ut aliquid maioris mali paritura uideretur, ueriti ne 10
aliqua seditio in populo exoriretur, iusserunt ut in posterum diem summo mane armati uiri, omnes uidelicet urbis societates (sunt enim in ciuitatibus singulorum officiorum iurati socii), in publicum prodirent, ut locum illum, in quo praeclara illa sacrificia erant peragenda, atque ipsum iudicum consessum tuerentur. coacti sunt hoc facere ciues, nisi caput et fortunas perdere 15
maluissent. quamquam inuiti (quod certo scio) multi prodierunt.

4 Veni ego hora quinta mane in forum, cum sexta dicerentur comburendi, ut rem uniuersam suo ordine contemplari liceret, ibique multos iam operarios inueni, qui summa diligentia ambitum fori lignis magnis quasi septis muniebant, ne quis spectatorum intra eum locum septo circumscriptum ir- 20
rumperet praeter illos, qui ad fabulam illam saltandam, hoc est, carnifices et praesidiarios, comparati erant, quibus ambitus ille circularis erat destinatus. in medio circuli eriguntur duo maxima ligna in formam crucis ad altitudinem corporis humani, cum tantumdem in terra esset defossum, quorum in summitate erant ferreae catenae lignis adfixae et foramina quaedam, quibus 25
funis cannabaeus inserebatur. hoc opere absoluto attulerunt magnam lignorum uim et fasciculos multos, quos intra septa ad excitandum incendium collocarunt, cum tamen esset illo die aestus intensissimus. etenim erat in mense Iulio anni MDXLIII, atque isto ipso nunc mense agitur secundus annus, quod haec holocausta aeterno Patri impii homines obtulerunt. 30

20 Deinde uenit Procurator Generalis cum suis collegis et in eo loco, qui illis paratus erat in domo ciuica, quae in ipso foro e regione templi sita est, pari-

1 condemnati a monachis excruciantur *in marg.* **A** || 5 rogus in foro extructus *in marg.* **A** || 9 armati iudicum apparitores *in marg.* **A** || 17 apparatus sacrificii cruenti *in marg.* **A** || 21 illos **P** eos **A** || 24 in terra esset **P** esset in terra **A** || 26 cannabaeus **P** cannabeus **A** cannabius *Campanus (uide Latham s. u. 'cannabus')* || 28 intensissimus **P** intentissimus **A** | dies et annus supplicii *in marg.* **A** || 29 secundus **P** tertius *post corr.* **A** 'deux ans depuis' **H** || 30 impii homines **A** homines impii **P**

1 iudicum consessus *in marg.* **A**

ter consederunt. paulo post adducuntur uictimae. sedebat homo ille crudelis adeo uicinus, ut mutuas dare et reddere uoces liceret. ibique magno fastu et 5 supercilio incredibili coepit rursus miseris illis, iam tum uiribus fractis et semimortuis, impietatem exprobrare et per salutem ipsorum obtestari, ut animarum rationem haberent utque ab eis qui aderant postularent, si forte qui essent in eo coetu qui affectu pietatis qualicumque aduersus ipsos ducerentur, ut aliquas missas pro eis iuberent celebrare, ne animae una cum corpori- 10 bus aeternum cruciarentur.

Sunt qui dicant eos missas postulasse. ego uero prope astabam neque ta- 2 men hoc potui intelligere. equidem audiui eos aliquid trepida uoce loquutos esse, sed paucula admodum uerba, quae tamen ipsa propter magnam hominum turbam undique perstrepentium uix a quoquam uel exaudiri uel intel- 15 ligi potuerunt. ut mihi retulerunt qui apud ipsos erant, et peccata sua apud Deum morituri deplorabant, cuius misericordia freti aequis animis mortem tunc oppetere se praedicabant, et simul orabant Deum Patrem ut in eo extremo articulo sua bonitate et potentia ipsis adesse dignaretur utque eius ope a tyrannide Satanae liberati in consortium beatorum aeuo sempiterno dura- 20 turum Christo duce et mediatore feliciter possent commigrare. quare iniuriam illis faciunt, qui missarum praesidio iuuari uoluisse dicunt.

Hac praecatiuncula peracta statim admouit eos utrique cruci, quam me- 3 diocri alteram ab altera seiunctam interuallo paulo ante erexerat carnifex; palo alligauit pedes; catenam illam, quae in summitate crucis adfixa erat, in- 25 seruit collo; addidit etiam laqueum ex fune cannabaeo, sed laxum. tum utrinque appositis fasciculis magna ui straminis, pulueris tormentarii cruces ubi homines erant adligati ab utroque latere sic muniuit, ut paruae quasi domunculae uiderentur. deinde accepto a Procuratore signo coepit a tergo magna celeritate torquere laqueum, quo tandem illos strangulauit.

30 Ibi tum peruersus ille Procurator incredibili quadam uoluptate ceream fa- 4 cem procurauit incensam, quam sua ipsius manu tradidit carnifici, ut incendium excitaret, tanta alacritate animi, ut, si populi Romani Imperator esset designatus, nequaquam exultasset audacius, tanta insuper auiditate, ut prae nimio gaudio se de loco ubi erat propemodum praecipitasset. multis ille qui- 35 dem risum mouit insana illa sua praecipitantia, sed plures fuerunt qui hor-

4 mutuas **P** alternas *post corr.* **A** ‖ 5 supercilio incredibili **P** incredibili supercilio **A** ‖ 6 salutem ipsorum **P** ipsorum salutem **A** ‖ 8 pietatis qualicumque **P** qualicumque pietatis **A** ‖ 11 machinae ad labefactandam constantiam frustra adhibitae *in marg.* **A** ‖ 15–16 apud Deum morituri **P** morituri apud Deum **A** ‖ 18 bonitate et potentia **P** potentia et bonitate **A** 'bonté et puissance' **H** ‖ 22 supplicium de martyribus sumtum *in marg.* **A** | admouit eos **P** eos admouit **A** ‖ 23 interuallo *ante* alteram *transp.* **A** ‖ 25 cannabaeo **P** cannabeo **A** cannabio *Campanus* ‖ 30 Procuratoris immanis alacritas ex praecipitantia *in marg.* **A** ‖ 32 esset **P** fuisset **A**

rendis imprecationibus sanguinariam beluam diris manibus deuouerint. uideor mihi adhuc in conspectu habere distortum illud crudelissimi hominis os, ex quo flammas spirabat quam ipsa fax incensa horribiliores, faciem truculentam et prae furore ardentem, truces oculos, totum denique corporis habitum, qui latentes animi furias omni gestu et sermone sic repraesentabat, ut uere credam eo tempore a Diabolo obsessum fuisse, cuius instinctu sine ulla dubitatione agebatur.

21 Dum haec aguntur, ingens hominum multitudo, quae ad spectaculum confluxerat, magnum sane tumultum propemodum excitauerat. etenim cum studiosi glomerati alii alios sic impellerent, ut nonnulli cogerentur intra aream illam circumclusam transilire, qui locus praesidiariis stipatoribus paratus erat, quidam ex illorum numero satis imperiose iussit studiosum, qui propius astabat, exire. ille negat posse. tum gladio minitabatur praesidiarius. studiosus ei colaphum impegit. ibi tota concio perturbatur et Procurator Generalis indigne ferens audaciam studiosi illum ad se uocauit. at is ad ipsum uenire uelle negauit, 'agas', inquiens, 'quod est tui officii, si tamen hoc ipsum recte facere poteris. impera famulis tuis, in me nihil iuris habes.' neque defuerunt tum ex ipsis praesidiariis hominibus qui hortarentur studiosos, ut impetum in illos iudices impios facerent, pollicentes ad hoc operam suam, si quis modo studiosorum aliquid prius auderet tentare. at Procurator uehementer commotus quasi leo rugiens ad studiosum accedit, a quo rursus fuit audacter exceptus. ille quoque minitans dira reliquit studiosum, in quem saeuire non poterat, et conatus sedare concionem perturbatam interim in locum, unde egressus erat, se contulit.

2 Hoc tumultu utcumque sopito carnifex incendit ignem, qui, ut egit in materiam, quae facile poterat conflagrare, incredibile dictu est quam horrendas flammas statim concepit. certe non memini me alias unquam uidere quicquam horribilius. tantum erat incendium, tanta flammarum uis, ut nubes ipsas pertingere easque suo splendore prorsus incendere atque inflammare uideretur. innumera scintillarum copia magno cum strepitu in coelum usque tollebatur et uindictam tanti sceleris quasi aedita uoce ab aeterno numine flagitabat.

3 Ad hoc prodigiosum spectaculum quo tandem animo me fuisse putas? profecto uix eram apud me prae ingenti animi dolore. sed quoniam uidebam me nihil tum apud homines induratae maliciae clamoribus proficere posse, reprimebam utcumque poteram animi aestus. quamquam interdum non pot-

36 diris manibus **AP** (manibus *in ras.* **A**) diabolis *Campanus* || 37 in conspectu habere **P** habere in conspectu **A**

1 tumultus a studioso ortus *in marg.* **A** || 2 excitauerat **P** excitauit **A** || 3 sic *om.* **P** || 10 iuris habes **P** habes iuris **A** || 11 hominibus *om.* **A** || 12 iudices *om.* **P** || 18 incendii uis *in marg.* **A** || 29 poteram *om.* **A** *in ras.* **P**

eram mihi ipsi temperare, quin tanta indignitate rei commotus in uoces aliquas doloris plenas erumperem. denique tantum incensum ignis exarsit, ut breui tempore corpora in cineres conuersa prorsus euanescerent.

22 Non contenti praeclari iudices ista crudelitate, qua multo suauius oculos suos pauisse arbitror quam si opiparo aliquo conuiuio excepti (quod alioqui ipsis est quotidianum) uentrem pascere potuissent, rursus se ad ferendam de aliis sententiam conuertunt.

2 Hora undecima uocarunt in iudicium uirum quemdam, Louaniensem ciuem, et duas foeminas aetatis prouectissimae, in eadem urbe natas atque educatas, horribilem quoque sententiam audituros, quam paucis pronunciauit crudelis Procurator. simpliciter enim iussit ut uir ille postridie gladio trucidetur, foeminae uero uiuae sepeliantur; quorum utrumque iuxta leges Imperatoris coactum se hoc modo debere iudicare praedicabat. etenim est et alia quaedam Imperatoris lex quae iubet ut nulli omnino, qui unquam Lutheranus fuerit aut nunc sit, ullo modo parcatur, etiamsi Lutheranas sententias omnes recantauerit.

3 Caeterum, ne nimium seuera uideretur lex, addit correctionem in hanc sententiam, quod 'si reus a sua haeresi conuersus opiniones Lutheranas reuocabit, non incendio, quod est eorum qui cum pertinacia quadam suas haereses tuentur, sed gladio nihilominus eum plectendum esse iudicamus, ut mitius cum eo actum esse uideatur'. et quia iste uir sententiam recantasse dicebatur, leniore mortis genere afficiendus iudicabatur, interficiendus tamen iuxta legis praescriptum, non quod Lutheranus erat, sed quod olim de Lutheranismo fuisset suspectus. o praeclaram legem cum magno ingenii acumine et singulari religione in obseruandis ab hoc iudice legis apicibus coniunctam!

4 In foeminas uero, quoniam maximum animi robur ostenderant, quas illi pertinaces uocabant, extremo supplicio eoque crudelissimo erat animaduertendum, uidelicet ut uiuae in terram defoderentur, nec alia causa in sententia pronunciatur, nisi quod Lutheranas sententias defendendas suscepissent, a quibus nulla ratione dimoueri se paterentur. quod si forte tu propius rogas, quid illum ipsum sit Lutheranum esse, Lutheranas sententias cum pertinacia defendere, nihil aliud respondetur nisi rem quamdam esse diabolicam atrocioribus flagitiis cumulatam quam ut expediat coram uulgo hominum arcana illa mysteria proferre. hoc modo obturantur ora imperitorum hominum, quorum plerique nesciunt quid ad hoc sit respondendum, non pauci in certissimam desperationem relabuntur.

2 suos *om.* **P** || 5 in ciuem et duas anus sententia atrox *in marg.* **A** || 10 et *om.* **A** || 11 lex Imperatoris in Lutheranos *in marg.* **A** || 12 ullo *om.* **P** || 14 correctio *in marg.* **A** || 20 erat **P** esset **A** || 26 feminarum constantia *in marg.* **A** || 30 inquisitorem scelerata malitia *in marg.* **A** || 31 expediat **A** expedit **P**

5 Quamquam est aduersariorum malicia tanta tantumque se extulit eorum 35 impietas et crassa stultitia, ut ad supremum fastigium eorum facinora atque fraudes pene palpabiles peruenisse et mulierculis et puerulis palam innotuisse appareat, adeo ut non pauci hodie reperiantur homines uulgares, qui pene publice audent profiteri hoc tempore nihil aliud esse apud illos iudices impios hominem haereticum quam hominem ueridicum. et cum ita se res 40 habeat et hoc iudicium de se ferri non ignorent, malunt tamen tyrannidem suam per uim et crudelitatem stabilire quam ueritatem diuinitus patefactam amplecti.

6 Ad haec habent applausores suos et aliquot in eodem ludo cum ipsis edoctos atquę a se subornatos socios, qui ab altero latere eorum orationi subseruiant 45 et grauissimis pariter atque falsissimis conuiciis homines alioqui honestissimos onerent, quos propter religionem capitis damnatos sciunt, ut appareat iusta de causa ab eis fuisse condemnatos. quemadmodum alteri istarum foeminarum accidisse scimus.

7 Erat haec foemina de praecipua pene familia urbis, cuius hospitio ali- 50 quando est usus D. Ioannes a Lasco, nomine Antonia, atque ipsius maiores saepe reipublicae gubernationem tenuerunt. et cum iam ad septuagesimum aetatis suae annum peruenisset, qua aetate et corporis et animi uires ut plurimum solent tabescere, tamen incredibile dictu est quanto adhuc pietatis ardore flagrabat. nihil illi prius aut antiquius erat quam perpetua sacrarum lite- 55 rarum meditatione uoluntatem aeterni Patris ex diuinis oraculis cognoscere eamque ad communem uitae societatem transferre et multis pietatis actioni-
8 bus praestare. tandem in hac persecutione interrogata de fide sua id, quod ex testimoniis diuinorum uoluminum didicerat, intrepide professa est et, quoniam humanis commentis atque imposturis minus quam aeternae Dei ueri- 60 tati literis sacris patefactae tribuere uidebatur, in hac extrema senecta rapitur ad supplicium cum aliis duobus, uiro et foemina, quos paulo ante commemoraui. hi tres, quemadmodum decretum erat, sequenti die uitam finierunt, uir gladio truncatus, foeminae uiuae sepultae.

23 Eodem pene tempore rogaui equidem diligenter cum multos foeminae notos, tum quemdam, quem prae caeteris theologorum intima consilia tenere arbitrabar, quid esset causae cur foemina illa honesto loco nata, quae uirtutis ac pietatis uelut exemplar semper fuit habita, subito nunc tam contumeliose uiua sepeliretur. 5

2 Respondit se nihil certi affirmare posse, praesertim cum in ipsa sententia

35 eorum **P** illorum **A** || 44 defensores suos habent *in marg.* **A** || 50 Antoniae constantia memorabilis *in marg.* **A** | foemina *om.* **A** || 53 annum *ante* septuagesimum *transp.* **A** || 58 interrogata **P** postulata **A**

1 de causa supplicii tam atrocis *in marg.* **A** || 4 fuit **P** fuisset **A**

nulla certa aut firma causa fuerit pronunciata, quam ob rem morti traderetur: caeterum non esse dubitandum quin grauissimis de causis fuisset condemnata; audiuisse quoque a magistris nostris non paucos Louanienses ciues, cum foeminae cognatos, tum amicos, quin et Praetorem ipsum tantam pecuniae uim pro ea redimenda obtulisse, ut, nisi crimina fuissent multa atque atrocissima, illecti spe oblatae praedae uitam illi iudices condonassent; sed tantam esse criminum atrocitatem, ut uel theologi ipsi in suis priuatis colloquiis commemorare perhorrescerent.

Tum ego magis instabam ut aliquid certi intelligerem. 'quid multa dicam?', inquit ille, 'simpliciter erat Lutherana, raro aut nunquam ueniebat in templum, negabat phas esse ad sacramentum eucharistiae accedere nisi sub utraque specie administraretur. imo constabat eam multis annis cum aliis catholicis communicare omnino noluisse. dicebat sacrificium missae esse idololatriam, recipiebat in suas aedes eiusdem sectae homines, habebat libros prohibitos. dicam amplius, erat quoque sacramentaria. an hae causae non satis idoneae uidentur, ut extremo supplicio afficiatur?' 'grauia nimirum crimina, sed uidendum' inquam 'erat quibus rationibus has suas sententias stabiliret, neque proinde haereses iudicandae sunt, quod ab imaginationibus unius aut alterius delyri magistri nostri, cui nihil sapit praeter uinum ac delicata conuiuia, quoquomodo dissentire uideantur. quod in oraculis diuinitus inspiratis legimus, sanctum atque indubitatum omnibus Christianis citra ullam controuersiam esse debet. quod uero magistri nostri, postea quam se egregie inebriarunt, somniare consueuerunt, phanatica delyramenta plerumque esse solent. quare magnum discrimen inter utramque doctrinae formam mea sententia ponendum esse arbitror neque illico haereticum iudicandum quicquid ab illorum praescriptis dissentiat.' 'auertant superi', inquit ille, 'quod nunc audio! nam et tu mihi uideris eadem haeresi inquinatus.' 'non dicam quid tu mihi uidearis', inquam, 'sed ego is sum, qui omnium hominum fictitias imaginationes omnesque *ἐθελοθρησκείας* ex animo contemnam atque uituperem. unam Christi religionem, quam sacrosanctam iudico, toto pectore amplector proque ea tuenda ac propaganda sanguinem meum profundere, quoties res postulet, non dubitarem. tu uero mihi, ut modestissime loquar, reprehendendus uideris, qui audes de causa tibi ignota iudicium ferre non aliter quam si rei uniuersae tibi constaret ratio.' tum ille: 'si leuia cri-

8 fuisset **P** fuerit **A** || 15 unicum crimen Lutheranismum *in marg.* **A** || 17 accedere *ante* ad *transp.* **P** || 18 eam multis annis **P** multis annis eam **A** || 19 omnino *om.* **A** || 21 sacramentaria] *sacramentarii dicuntur haeretici omnes qui errant circa sacramenta a Christo instituta (Du Cange). sed hoc uocabulum ipsi Lutherani ad hos haereticos despiciendos usurpabant* || 22 idoneae *om.* **P** | a Francisco refutatum *in marg.* **A** || 28–29 se egregie **P** egregie se **A** || 35 *uocabulum Graecum uertit scribens* uanas superstitiones *in marg.* **P**

mina quae dixi uidentur, aiunt quoque eam fuisse anabaptisticam, fauisse rebaptizatis, imo etiam in aedibus illius supra sexies mille homines clam fuisse rebaptizatos.'

4 Addebat quoque oceanum mendaciorum, quae in uulgus spargebant eximii domini magistri nostri, ut hoc modo sua flagitia tegerent et causam euangelii iniusta inuidia grauarent, cum liquido constet iis, qui uitam foeminae propius nouerunt, plenam honestorum exemplorum, toto animo ab omnibus phanaticis anabaptistarum sententiis eam abhorruisse. sed tales sunt illi pharisei, ut, qui iustitia et aequitate causae uincuntur, suis commentis, mendaciis, falsissimis delationibus superiores uideri uelint.

24 Inter alia uero, quae ad commiserationem uel cor lapideum mouere potuissent, in primis huius foeminae Antoniae filia mihi uidebatur. etenim habebat filiam perelegantem, forma liberali atque aetate integra, quae adfuit spectatrix materni sacrificii. dum peragebatur sacrificium, in aliquo fortassis angulo aut certe in domo proximo, unde mater ad supplicium educta est, tacita se continuit.

2 postea uero quam matrem extinctam uidit, Deum immortalem, quibus lamentationibus, quibus eiulatibus aëra complebat! tum uero silentium soluit et pectoris aestus coepit effundere: ferebatur uelut insana per urbem, magna uis lachrymarum ex oculis tanquam ex fonte promanabat, capillos ac faciem dilaniabat, tristissimis clamoribus ac uocibus plenis grauissimorum affectuum incredibilem cordis dolorem testabatur. etsi enim tenerae aetatis puella propter naturae imbecillitatem et nullam pene communis uitae experientiam magnitudinem praesentis mali nondum satis perspicere poterat, tamen ingentem animo dolorem concepisse atque ita maternam fortunam in animo filiae fixam insedisse arbitror, ut nemo nisi qui eumdem dolorem re ipsa gustauerit, rem tantam pro dignitate possit aestimare. nam iudicium ac prudentiam illam, quae adolescentibus ac puellis usu rerum humanarum parum exercitatis aetatis cursus denegauit, arcanus quidam naturae sensus in tanta rerum acerbitate praeter experientiae usum ac consuetudinem suppeditabat.

3 Manet sola puella, omni humano praesidio destituta, utroque parente orbata, omnibus fortunis spoliata, quodque omnium est grauissimum, aeterna contumelia inter homines notata. etsi enim uere rem ipsam aestimanti prima laus est pro defensione Christianae religionis mortem oppetere, proxima aliquo sanguinis gradu eos contingere, quos pro gloria Dei praeclare uitam periculis omnibus exposuisse scimus, tamen diuersum est mundi iudicium, qui

41 crimina in insontem Antoniam conficta *in marg.* **A**

1 Antoniae filiae lamentationes *in marg.* **A** ‖ 5 educta **A** ducta **P** ‖ 11 *ὑποτύπωσις in marg.* **A** ‖ 15 fixam *om.* **P** ‖ 21 conditio miserrima *in marg.* **A** ‖ 23 rem ipsam aestimanti **AP** rem in se aestimatur *Campanus*

eos plane miseros ducit, quorum eiusmodi contumelia famam inter homines denigrauit. quae mors non esset huic uitae calamitosae anteponenda? et tamen uiuit adhuc ipsa puella et mihi est sane bona spes fore ut nunquam a 30 Deo aeterno liberatoris nostri Iesu Christi patre, qui est quoque pater orphanorum, deseratur.

25 Rursus eodem die reliquos omnes captiuos in iudicium uocarunt, ut de omnibus ferrent sententiam. et quamquam innocentes omnes erant neque fuit inuenta contra eos causa quare duriorem ullam sententiam audire deberent, tamen neminem illorum, qui antea saeuos tormentorum cruciatus per- 5 tulerunt, sine magna nunc mulcta et noua contumelia dimittere uoluerunt. omnibus imposita est mulcta pecuniaria tantumque ab unoquoque postularunt quantum facile suas omnes facultates potuisset superare. manet interim numerosa suboles domi, quae opera quotidiana parentum alitur et uictu ipso ad uitam tuendam necessario nunc debet fraudari, ut in uoraces illas Har- 10 pyias, quicquid parentes undecumque corradere possunt, suppeditetur.

2 Quid quod haec poena leuis adhuc iudicibus uisa est, nisi contumelia quoque publica afficerentur? omnes iubentur nudis pedibus et capite, lineo dumtaxat indusio tecti facemque incensam in manu gestantes in templum ire ibique ante sacramentum, ut uocant, quod in medio templo uelut in car- 15 cere non sine cancellis ferreis circumclusum tenetur, in genua procumbere atque ab eo ueniam delictorum postulare, quin etiam totam per urbem integro semianno in pompa publica eodem modo procedere, quam illi processionem aut supplicationem uocant et singulis diebus dominicis et festis celebratur. quod si quis uel minima in re huic sententiae refragabitur, tanquam 20 induratus haereticus erit conburendus. crudelis nimirum impietas, sed non alia ratione iniquis iudicibus potuit esse satisfactum.

3 Itaque toto negocio Louaniensium tandem peracto Procurator Generalis se ad intermissum litigantium cursum Bruxellam retulit quasi ouans praeclaro triumpho et praeda illa gauisus, quam ex medullis et sanguine misero- 25 rum extorserat.

26 Iam uero aequum est ut de istis legibus nomine Imperatoris promulgatis, quas suis cupiditatibus praetexunt qui tenent iudicandi locum, pauca dicam, ut origo et fons, unde tota haec crudelitas atque impietas promanat, facilius conspiciatur.

5 2 Postea quam ecclesiasticae controuersiae hac nostra aetate coeperunt exci-

30 pater orphanorum] *Psalm. 68, 6*

30 patre *ante* liberatoris *transp.* **P**
1 de reliquis captiuis latae sententiae *in marg.* **A** || 10 suppeditetur **P** effundatur *post corr.* **A** || 11 contumelia publica *in marg.* **A** || 20 erit **P** sit **A**
1 de legibus imperatoriis narratio plenior *in marg.* **A**

tari, monachi et theologi, quoniam uidebant puriorem euangelii doctrinam non minus suo uentri ac dignitati obfuturam quam Christi gloriam illustraturam, autores semper atque impulsores fuerunt Imperatori Carolo, ut lege prohiberentur suis in regionibus Germanorum libri, poena capitis ac fortunarum in transgressorem constituta, quia eorum lectione usque adeo afficiebatur totus populus, ut spretis phariseorum nugis et tenebricosis quaestionibus simplicem Dei ueritatem in eis propositam, pure, docte et certo ordine explicatam religionis sententiam facile omnes sani aequis animis amplecterentur. 10

3 Addebantur obsecrationes, obtestationes et, si parum hoc est, execrationes quoque fore uidelicet ut, nisi sectam pullulantem extingueret ac edictis cruentis malum nondum adultum enecaret et quasi herbescens extingueret, prosperam illam ac fauentem fortunam, qua propter religionem maiorum diligenter ab ipso amatam et conseruatam semper usus fuerat clementissimus Imperator, aduersam deinceps ac reflantem experiretur. 15 20

4 Non deerant quoque adulatores, qui frigidam suffunderent quique sanctorum patrum religionem (sic enim illi uocant sua somnia) perditum iri exclamarent, nisi reges et principes uiolentum aliquod pharmacum mundo propinarent, quo labascentem iam ac periculose laborantem ecclesiae dignitatem pristino suo nitori restitutam, hoc est (ut illi interpretantur), ad obedientiam Romani Pontificis et impiarum ceremoniarum obseruationem omnes orbis nationes reuocarent. 25

5 Quid multis? uictus improbis obtestationibus, ut a se arceret intempestiuos interpellatores, permisit illis facere quae uellent Imperator, cum ille negociis bellicis impeditus non minus causam ipsam quam ingentia illa mala, quae postea ex ea re erant sequutura, ignoraret. facile nimirum fuit uincere non repugnantem. sparguntur itaque tunc primum horribilia edicta cum in Hispania tum uero in tota Inferiore Germania, ante annos, nisi fallor, uiginti, deinde atrociora anno trigesimo primo. sed omnem sensum atque aequitatem superant leges, quas uere dicere possumus non atramento usitato sed sanguine Christianorum scriptas anno quadragesimo. de his igitur, quas et ego recitare audiui et quarum praetextu horrendam hominum carnificinam ex eo tempore exercuerunt, pauca dicam. 30 35

27 Sunt inter homines duo quaedam animantium genera, alterum theologorum, alterum monachorum, quibus nescio an unquam natura finxit quicquam generi humano perniciosius; utrumque genus malum, peruersum, de-

8 libri Germanorum prohibiti *in marg.* **A** || 10 usque *om.* **P** || 24 iam **A** nunc **P** || 28 Imperator importunis flagitatoribus cedit *in marg.* **A** || 34 edicta sanguinaria *in marg.* **A** | anno *om.* **P**

1-16 theologastri et monachi, Satanae organa, Caesarem inritant et exacerbant *in marg.* **A**

sidiosum, ad nullam rem utilem aptum, ad obtrectandum solum, calumniandum et uituperandum honestissimos aliorum labores natum atque educatum; inimicum uirtutis, laboris, purae religionis ac humanitatis; amicum perfidiae, fraudis, procacitatis, truculentiae, superstitionis ac impietatis; breuiter, quos putes non a natura rerum bonarum altrice et conseruatrice procreatos homines, sed ab ipsis Furiis aut tartareo aliquo genio credas esse formatos, ut hisce uelut instrumentis certissimis extremum halitum regni sui efflaret sceleratus ille generis humani hostis, qui, ut lucem coelestis doctrinae singulari Dei dono nostris temporibus accensam ferre non potest, ita per haec organa sua cursum euangelii conatur impedire et ardens odio filii Dei ueram ac salutarem doctrinam in animis hominum obliterare.

2 Hi omnes coniuratis odiis aggrediuntur Imperatorem Carolum, cum anno quadragesimo uenit in Belgicum sedaturus tumultum Gandauiensium. coeperunt orare atque obsecrare, ut, si patriae salutem amaret, si pietatem, si auitam religionem, labescenti ecclesiae nunc maxime opem ferret et aliquo praesentaneo remedio luem istam Lutheranae pestis toto terrarum orbe grassantis abstergeret, ne funditus ecclesiae autoritas, cultus aeterni numinis, reuerentia legum, metus supremae potestatis ecclesiasticae interirent.

3 Quod si in Hispania tam accurate prouideri uoluit, ut ne minimum quidem uestigium in tota ista regione, quae alioquin amplissima est, Lutheranismi reperiatur, aut certe, si aliqua occasione ullam istius nouae doctrinae (nouum enim uocant euangelium Christi) significationem exoriri contingat, eius autores omnium opinione celerius tollantur, ut eiusmodi religionis rumusculos citius extinctos quam natos intelligas, quanto maiore cura elaborandum esse ut suam patriam, in qua ipse natus atque educatus esset, incontaminatam tueretur, ut ecclesiae autoritatem, doctorum existimationem, religionem, quam a maioribus foelicis memoriae principibus ac pontificibus ueluti per manus traditam accepisset, integram ipse nunc atque illibatam conseruaret: hoc uero fieri non posse, nisi Lutheranas haereses, quae altissime in tota Inferiore Germania radices egerint, consilio aliquo iuxta uiolento ac maturo radicitus euellendas atque extirpandas curaret.

4 Obtestari igitur per numen aeternum, ut uoces patriae clamantis auxiliumque a suo alumno, a suo domino naturali, quodam iure reposcentis uelit exaudire, ut hanc pestem, quae dignitatem Romani Pontificis, summi Christi uicarii, in discrimen uocaret, autoritatem ecclesiae, magistrorum nostrorum, religiosorum monachorum cum tota sua doctrina contemneret, ex finibus pa-

9 genio **P** daemone *post corr.* **A** ‖ 16 uenit **P** ueniret **A** ‖ 22 Hispania clausa Euangelio *in marg.* **A** | uoluit **P** uoluisset *post corr.* **A** ‖ 23 tota *om.* **A** | ista *om.* **P** 'en toute ceste région' **H** ‖ 34 machinae expugnando Imperatori *in marg.* **A** | papistarum apud Caesarem preces instantissimae *in ras.* **A**

triae suae, a ceruicibus suorum ciuium, a delubris sacris, ab ipsis denique aris ad peragenda sancta mysteria et sacrificia missarum celebranda dicatis arceret ac propulsaret.

5 Respiceret maiorum suorum religionem, respiceret suam pietatem, suam constantiam in tuenda Romani Pontificis autoritate et Lutheranorum doctrina extirpanda, cui uni officio ac pietati reliquas omnes uictorias, omnes triumphos, omnes prosperos successus fatali quadam et propitii numinis inclinatione acceptos debeat referre; respiceret tandem reipublicae necessitatem, populi contumaciam, qui contra ipsius edicta libros Germanorum legeret, sententias approbaret, monachorum ac theologorum (qui sic uocantur) doctrinam uituperaret, nouum quoddam doctrinae genus in ecclesiam inueheret.

6 Quod si tanta licentia impunita maneat, nisi armata manu tam insolenti audaciae a Caesarea Maiestate obuiam itum fuerit, futurum augurantur ut theologi professores e suis scholis, concionatores e templis, monachi et moniales e suis claustris pellantur, quod in Germania et Anglia factum esse non sine magno dolore pii omnes possint intueri; sacram uero Maiestatem nequaquam permissuram ut tam effrenata petulantia in suis regionibus exerceatur; quin potius tantum de sua constantia et singulari zelo conseruandae religionis a maioribus traditae sibi populum Christianum polliceri posse, ut sua prudentia, grauitate, potentia facile hos inconsultos motus cum magno tumultuantium malo et non leue piorum bono sedaturum esse confidant.

28 Hoc genus imposturis, fucatis ac seditiosis sermonibus facile potuerunt sensus mitissimi Imperatoris, alioqui naturae suae bonitate ad moderata consilia compositos, peruertere et in omnem partem, quamlibet absurdam, flectere. permisit itaque illorum arbitrio statuendum, quando aliud facere non poterat, quod in eo negocio ex usu reipublicae Christianae fore iudicarent. tunc erat illis facilis in manu uictoria, quando iidem erant iudices constituti qui paulo ante fuerant accusatores.

2 Condunt igitur illi uiri praeclari eiusmodi leges, quales a memoria hominum nec uisae fuerunt unquam nec auditae. ipsas leges ad uerbum huc transcriberem, nisi longum et superuacaneum esse iudicarem. sed tamen capita quaedam earum legum, quae ad religionem pertinent, summatim perstringam.

3 ~ Primo prohibentur omnium Germanorum libri, qui de rebus sacris a uiginti annis scripserunt et qui posthac scripturi sunt, et autorum nomina longo catalogo recitantur.

40 ceruicibus **P** ceruice **A** 'des testes des bourgeoys' **H** || 61 *post* bono *add.* ipsum **A**

1 Imp. Caesar impostorum clamoribus uictus *in marg.* **A** || 13 capita legum de religione *in marg.* **A** || 14 recitantur **A** recensentur **P** 'est récité' **H**

~ Deinde iubent ne quisquam sit ausus componere aut canere hymnos sacros populari lingua neque ab aliis compositos et impressos legere aut habere.

~ Prohibentur congressus hominum de religione loquentium, quae ab illis conuenticula appellantur, siue in foro inter se colloquantur homines siue domi familiam suam iuxta normam sacrarum scripturarum uelint instituere.

~ Prohibentur denique cogitationes cordis. praecipiunt enim leges ne quicquam homines aliud aut legant aut sentiant aut loquantur aut faciant, siue in articulorum fidei sententia siue in ceremoniarum et legum obseruatione, quam quod ecclesia Romana statuit, leges sanciuerunt et magistri nostri ac monachi in suis synagogis profitentur.

~ Quod nemo habeat consuetudinem uel in aedes suas recipiat aut mensam aut lectum habeat communem cum ullo homine, qui aliter unquam senserit, dixerit aut professus fuerit.

~ Quod si quis talem aliquem nouerit et non prodiderit, in eum ipsum tanquam malorum authorem aut certe haereticorum occultatorem ac fautorem eadem poena animaduertatur, qua ille alter accusatus erat afficiendus.

~ Quod nemo mortalium possit alios docere de religione aut ab aliis discere, de articulis fidei disputare aut denique de ulla re sacra inter se conferre, contenti uidelicet ea institutione, quam in templis pro concione aut magistris nostris acceperunt.

~ Quod nemo, ne studiosus quidem quantumuis doctus, debeat interpretari, docere aut profiteri ullum librum sacrarum literarum aut de sensu sacrae scripturae cum aliis conferre, nisi professione sit theologus et in aliqua et famosa (ut illi loquuntur) Vniuersitate promotus.

4 Multae sunt praeterea leges in hanc sententiam, quas arbitror parum esse necessarium adscribere. poena capitis ac fortunarum omnium in harum legum transgressores constituta est, uidelicet ut uiri incendio extinguantur, foeminae uiuae sepeliantur, uniuersa bona sint confiscata, reliqua insuper familia ac totum deinceps genus sempiterna contumelia maneat notatum. praemia uero proditori tanquam magnae alicuius rei gestae autori aut reipublicae salutis instauratori decernuntur.

29 Audis crudeles leges, mi praeceptor, quarum occasione plus Christiani sanguinis in hunc usque diem effusum esse arbitror quam in ipsis libris imprimendis est atramenti consumptum. et quid, quaeso, non spargetur quoque posthac tam impio praetextu, quo manifeste uiam patefactam esse uidemus, ut quemcumque uel innocentissimum hominem, quandocumque lubitum est, nulla de causa ad supplicium calumniatores rapiant? crudele, ita me Deus amet, facinus! quid quod, si uel minimum libellum legas, si uel unica pagella suspecta te imprudente in aliquo aedium tuarum angulo delitescat, illico in discrimen capitis ac fortunarum te uenire oporteat? prohibeat Deus

21 homines aliud **P** aliud homines **A** || 24 quod *in ras.* **A** | lectum **P** tectum **A** 'ou couche avec' **H** || 30 alios **A** alterum **P** || 37 poenae in transgressores *in marg.* **A**

1 fenestra calumniatoribus aperta *in marg.* **A** || 1-2 plus … diem **P** in hunc usque diem plus Christiani sanguinis **A** || 3 quoque **A** quaque **P** || 9 oporteat **A** oportet **P**

tantam impietatem! et quomodo, amabo te, scies quid istis phariseis erit suspectum aut non suspectum, quando illi regulas generales tradunt? sed est illis nimirum suspectum quicquid libet, quando et quomodo libet. tantum ansam quamdam praebere uoluerunt, ut optimum quemque tollant e medio, et tamen fucatis suis imposturis hoc iuxta leges, sed illas impias et ab ipsis compositas, factum esse hominibus persuadent. 10 15

2 Autorem crudelissimarum legum faciunt Imperatorem Carolum, cum ille ipsas leges neque legerit neque uiderit, multo minus composuerit. nec dubium est quin, si impietates, quae in legum autoribus latent, intelligeret aut certe saeuiciem, quam in populo Christiano exercent impii iudices istarum legum praetextu, aliquo modo uidere et perspicere posset, qua est pietate ac mansuetudine praeditus, una litura omnes impias leges deleret ac extingueret. quare non est cur isti sacrilegi *ἀλάστορες καὶ παλαμναῖοι* ad sua scelerata facinora confirmanda Caesareo nomine abutantur. 20

3 Sed sciant omnes, quicumque effundendi Christiani atque innoxii sanguinis autores fuerunt, uenturum propemodum tremendum illum extremi iudicii diem, in quo, quicquid hactenus effusum est, id totum ab illorum sanguine reposcetur, ubi sententiam et ipsi audituri sunt longe atrociorem quam illi unquam aduersus pia Christi membra tulerunt, non momentaneam, ut illa fuit, quae breui cruciatu corporis aditum ad aeternam uitam in societate Dei et sanctorum angelorum patefacit, sed fine carituram, quae pro umbra uoluptatis (si qua tamen in tanta inmanitate uoluptas esse potuit) horribiles animae et corporis cruciatus aeuo sempiterno duraturos ipsis sit allatura. instat sine ulla dubitatione, instat uindicta de coelo super hos flagitiosos opinione hominum celerius uentura, ut ab istis sanguinariis hominibus dignum tantorum scelerum supplicium sumat. 25 30 35

4 Hortor itaque pios omnes, quibus Christiana religio et animarum salus cordi est, ne prudentes ac scientes in eadem cum illis condemnatione maneant, sed potius ad extremos Garamantes et Indos aut certe in regnum ipsum Turcicum se conferant (ubi profecto tolerabilior est Christianorum conditio), ne sua praesentia tam horrendas crudelitates et manifestas in Deum aeternum et patrem liberatoris nostri Iesu Christi blasphemias approbare atque stabilire uideantur. 40

30 Nunc ad institutum narrationis nostrae cursum reuertor, et quae post caedem Louaniensium ciuium subsequuta sunt paucis dicam. erat perpetuus ru-

10 erit **P** futurum sit *post corr.* **A** || 16 Imp. Caesar legum autor falso dicitur *in marg.* **A** || 17 ipsas leges **P** leges ipsas **A** || 21 praeditus *in ras.* **A** | deleret ac extingueret **P** detersurus atque abrogaturus esset *post corr.* **A** || 24 denuntiatio ultionis diuinae *in marg.* **A** || 25 propemodum **P** propediem **A** || 30 sequitur superbos ultor a tergo Deus *in marg.* **A** (= *Sen. Herc. fur. 385*)

1 Louanii sparsus rumor euanescit *in marg.* **A** || 2 subsequuta **A** consequuta **P**

mor in urbe futurum esse ut theologi bibliothecas studiosorum inuiserent, quia facile suspicari poterant permultos esse qui libros Germanorum, quan-
5 tumuis prohibitos, et haberent et legerent. at uero quoniam studiosorum animos nouerant aliquanto quam ciues fuerant uehementiores, nec sine ui aut magno suo malo id facere posse praeuidebant, totus ille rumor, qui alioqui principio constans uidebatur, paulatim euanuit. itaque paulo post erat tota ciuitas pacata, certe quod ad externam reipublicae faciem pertinebat. nam
10 alioqui mihi nullum erat dubium quin etiam in summa pace theologi et eorum complices in animis suis insigne aliquod facinus machinarentur.

Tum demum tempus mihi esse uisum est, ut de aeditione Noui Testamenti cogitarem, quam eo usque consulto differre uolui propter eam quam diximus status publici perturbationem. neque uero rem meo solo instinctu
15 transigere uolui, sed in consilium adhibui multos praeclaros uiros, cum Hispanos tum etiam aliarum gentium eruditos homines, qui iudicio, grauitate et doctrina (mea quidem sententia) reliquos antecedebant. omnes uno ore uehementer probant, omnes quoque ad aeditionem cohortantur. neque defuerunt monachi, quantumuis superstitiosi, qui diserte faterentur eiusmodi esse
20 opus, quale a Christo nato Hispanicae genti nunquam fuerit oblatum. alii uero suo sanguine librum impressum cupere uidere praedicabant. 2

Ego uero, clarissime praeceptor, quamquam omnium hominum plausus non obscure mihi tum suffragarentur, tamen nondum sane persuaderi potuissem ut elaboratum iam opus euulgarem, nisi rem prorsus utilem ac necessa-
25 riam populo Christiano iudicassem. itaque statui plane librum praelo committere, ne una Hispanica natio, quae nomine Christiano potissimum inter alias orbis nationes gloriatur, hoc diuino thesauro coelestis doctrinae praeter caeteras gentes diutius destitueretur. nam, ut scis, nunquam hactenus in Hispania lectum est Nouum Testamentum. 3

30 Caeterum, ne nimium calidum esset consilium, decreui totum negocium prudenti aliqua deliberatione ac moderatione gubernare. sciebam libros theologicos, qui hoc tempore ab hominibus componerentur, a facultate theologica examinari atque approbari solere, priusquam in lucem emitterentur. id uero in sacris literis nunquam est factum neque etiam fieri debebat; indi-
35 gnum enim facinus uideri posset si diuina oracula stultorum hominum iudicio aut approbationi subiecta esse deberent. 4

Ego uero, etsi nihil de meo composueram, quod expendendum theologis 5

6 ciues **AP** ciuium *coniecit Campanus uerborum consecutionem concinnans* 'un petit plus violens que les bourgeoys' **H** ‖ 8 paulatim … itaque *om.* **P** ‖ 10 nullum **P** non *post corr.* **A** ‖ 12 esse *om.* **P** | Hispanicam Noui Testamenti editionem autor molitur approbantibus et hortantibus multis *in marg.* **A** ‖ 27 gloriatur **P** gloriaretur **A** 'se glorifie' **H** ‖ 30 circumspectio in apparanda editione *in marg.* **A** ‖ 34 debebat **P** debet **A** 'se devoit' **H**

tradere deberem, sed sacras ipsas literas summa fide atque integritate ex Graeco in nostrum sermonem conuerteram, seruata quantum potui utriusque linguae proprietate, tamen ne hac quidem in parte id totum, quod per leges et publicitus receptam consuetudinem concedebatur, mihi uolui uindicare, quod citra controuersiam meo iure facere potuissem. quin et theologorum censuram quantumuis rigidam haud grauatim subire sum passus, ut hoc modo et ansam calumniandi malis hominibus amputarem et integritatis meae bonis omnibus constaret ratio. etenim probe mihi conscius eram nec ullius hominis iudicium de uersione mea formidabam.

31 Itaque librum manu mea descriptum ad theologos misi per monachum quemdam qui Decano Louaniensi erat familiaris, ut ipse ab hominibus utriusque linguae peritis iuberet opus examinari, de quorum sententia postea iudicium ille de uersione ferret, quod exemplum cum saepe antea usitatum, tum uero in libello quodam Hispanico paulo ante in eadem urbe erat uisum. si ego ipse librum detulissem, fortassis aliquanto dexterius negocium curassem, sed consulto ab illorum hominum colloquio mihi abstinendum esse putaui, quos ego iuxta malos ac indoctos esse sciebam.

2 At illi responsum dederunt sua uirtute, sua eruditione dignum: se quidem imperitos esse linguae Hispanicae, ac proinde de hoc libro iudicare non posse; dubitare quoque utrum expediat Hispanis Nouum Testamentum in suam linguam conuersum habere, siquidem non aliis fontibus haereses in tota Inferiore Germania natas esse animaduertebant quam lectione sacrorum uoluminum quae uulgo populari lingua legerentur; gratulari praeterea Hispanis summam illam prudentiam ac religionem, qui hactenus lectione sacrarum literarum carere maluerint quam occasionem praebere uulgaribus hominibus responsandi ex prophetarum, Christi et apostolorum scriptis aduersus ecclesiae decreta; optare quoque impense, ut in Inferiore Germania sacrae literae abolerentur, ut ea pace ac tranquillitate eaque obedientia erga sedem apostolicam populum continerent, qua Hispani hactenus sua ista singulari prudentia uti potuerunt; sed quoniam Imperator hoc non prohibuit, imo etiam facultatem praebuit typographis imprimendi sacras literas, nulla petita nullaque impetrata a theologis uenia, neque se ibi Germanicorum bibliorum lectionem impedire neque Hispanici Noui Testamenti aeditionem aut probare aut prohibere posse.

38 atque **A** et **P** || 43 sum passus **P** sustinuit *post corr.* **A** || 45 ratio **P** notio **A**

1 translatio censorum iudicio subiecta *in marg.* **A** || 4 ille **A** ipse **P** || 9 theologorum censura quomodo ab autore accepta *in marg.* **A** | sua eruditione **A** et eruditione **P** || 10 linguae Hispanicae **P** Hispanicae linguae **A** || 10–11 iudicare non posse **P** non posse iudicare **A** || 13 animaduertebant **P** animaduerterent *post corr.* **A** || 23 impetrata a theologis **P** a theologis impetrata **A**

Hoc mihi responsum nunciauit monachus, cui ego uicissim respondi mi- 3
nime sane mirum uideri si theologi Graecam aut Hispanicam linguam igno-
rarent, qui ne Latinam quidem grammaticam nouerunt, ut in rebus alioqui
maximis alienis oculis uidere, alienis auribus audire, alieno iudicio iudicare
30 propter linguarum ignorationem cogerentur, eoque saepenumero euenire ut
in grauissimis controuersiis hallucinarentur, neque adeo me improbum esse
aut a communi sensu alienum, ut a theologis uellem postulare quod ego
multo antea praeuidissem ipsos praestare non posse; sed tantum me id expe-
tere, quod facillimum erat et in ea urbe nuper factum, ut illi inter Hispanos
35 eligerent aliquos idoneos, quibus hoc munus rite demandaretur, quorum ar-
bitrio libenter ego de mea uersione iudicium permittebam.

Rogaui etiam eundem monachum, ut is per occasionem indicaret theolo- 4
gis e dignitate quoque illorum esse, si bona sua gratia et approbatione liber
aederetur, qui alioqui uel refragantibus ipsis (quando, ut illi ipsi fatebantur,
40 prohibere non poterant) erat imprimendus. fecit ille quidem sedulo quod
oraui, sed nihil aliud ab eis extorquere potuit quam quod antea nunciauerat,
uidelicet quod linguam ignorarent neque in ea re aut imperare quippiam
possent aut prohibere; quare uel imprimeretur uel supprimeretur pro meo ar-
bitratu; sua nihil referre.

45 Postea uero quam theologorum sententiam iuxta indoctam atque impiam 5
audiui, et illis in uniuersum ualedicere statui et contemptis omnibus pericu-
lis id facere quod promouendae gloriae Dei iuxta meam uocationem maxime
necessarium esse iudicarem. sed tamen, ne nimium meo solius arbitrio tri-
buere uiderer, oraui praecipuos quosdam Hispanos doctrina et grauitate
50 praestantes, ad haec aliqua necessitudine nobis coniunctos, ut illi opus per-
lustrarent et, quod omnino sentirent cum de uersione ipsa tum uero de aedi-
tione, libere ac prudenter pro nostra coniunctione admonerent.

Hoc illi fecerunt perlibenter, et postea quam librum euoluerunt, postulanti 6
mihi sententiam ipsorum responderunt, se quidem nequaquam uniuersum
55 opus inspexisse, quod erat perdifficile ac laboriosum, sed praecipuos quos-
dam locos cum suis fontibus contulisse, in quibus cum fidelem et laude di-
gnam interpretationem nostram inuenerint, ex quibus etiam de reliquo toto
corpore facile aestimare possint, plus omnino laudis quam reprehensionis ex
ea uersione merito ad interpretem debere redundare; quod uero ad aeditio-

26 cui ego] *incipit ternionis lacuna in* **P** *quam uir quidam doctus adimpleuit denuo Latine uertens Gallicam uersionem* || 28 nouerunt *ms.* nossent *post corr.* || 30 *ante* euenire *add.* solet *suprascr. ms.* || 31 hallucinarentur *ms.* hallucinentur *post corr. (de hac uoce eiusque orthographia uid. Thes. s. u. alucinor)* || 43 meo *recte corr. Campanus* suo *ms.* || 44 sua nihil referre *del. Campanus* || 45 opus Hispanorum censurae obiectum approbatur *in marg.* **A** || 54 sententiam ipsorum *ms.* de sententia sua *post corr.* || 56 cum *suprascr.* || 57 inuenerit *ms.* inueniebant *post corr.* || 58 possint *ms.* poterant *post corr.*

nem pertineret, ut ab ipsis nihil praestari posset, ita non dubitare mihi autores atque impulsores esse, ne hoc coelesti munere diutius ecclesiam Christi defraudarem. 60

7 Horum ergo iudicio contentus decreui omnino in lucem aedere Nouum Testamentum, potissimum uero fretus aeterni Patris praesidio, qui opus ad illustrationem ac propagationem coelestis doctrinae institutum et defensurus esset ipse et cursum sacrosancti uerbi sui pro bona sua uoluntate praeter humana omnia consilia gubernaturus. 65

32 Iam eram profecturus Antuerpiam, qua in urbe consultius esse iudicaui ut Nouum Testamentum imprimeretur, cum propter rerum omnium maiorem opportunitatem, tum uero ut a conspectu sophistarum Louaniensium abessem, cum illi nouo quodam facinore omnibus hominibus ostenderunt nullum esse tempus in quo non aliquod flagitium in animo suo machinarentur. 5

2 Commorabatur in ea urbe coecus quidam Brugensis, nomine Perseualdus, qui totos uiginti annos et Louanii et Lutetiae linguas et bonas artes, in quibus erat probe uersatus, et didicerat et docuerat. erat homo probus, integritate uitae commendabilis, primariis eius urbis uiris amicus, nulli inimicus, omnibus gratus et, quia disertus erat in dicendo et argute facetus, gratiam omnium bonorum tuebatur. 10

3 Is cum aliquando in festo quod apud ipsos celebratur sacramento dicatum affixisset carmina quaedam in templo, quorum titulus erat *ANATHEMA SACRAMENTI*, offensus uoce quam non intelligebat Decanus, hominem ad se accersiuit ⟨et⟩ coepit acriter cum eo expostulare, 'tune', inquiens, 'peruerse Lutherane, audes sacramentum uocare excommunicationem et rem abominandam?' 'neque ego' inquit coecus 'sacramentum rem execrabilem uocaui neque tu prudenter facis qui de fratre tuo tam sinistre et temere audes iudicare.' 'quid', inquit Decanus, 'uis negare quod ego uideo? quid enim aliud significat *anathema* quam excommunicationem?' tum coecus: 'tune es magister in Israel, et haec ignoras? tune id a me rogas cuius te doctorem esse profiteris? tu tantus Doctor, Theologus, Decanus, Haereticae Prauitatis Inquisitor grammaticam unius uoculae significationem non tenes? certe si grammaticam teneres, non ignorares hanc uocem pro donariis quae in templis suspenduntur a probatis autoribus usurpari. quare sis posthac cautior in reprehendendis hominibus, legas bonos autores, discas diligenter gram- 15 20 25

21 tune ... ignoras] *Ioan. 3, 10*

63 ergo *ms.* igitur *post corr.* || 65 et *in ras.*
1 noua tragoedia *in marg.* **A** | impedimentum editioni obiectum *in ras.* **A** | qua *ms.* quia *Campanus* || 6 Coeci cum Decano Louaniensi disputatio grammatica *in marg.* **A** || 12 is cum aliquando *ms.* cum semel itaque *post corr.* || 20 anathema quid sit *in marg.* **A**

maticam, ne tua ignoratione homines de republica bene meritos adducas in discrimen.' uolenti percontari plura nihil respondit coecus.

Ex eo tempore uenit in magnam suspicionem apud theologos, quorum 4
30 alioqui stultitias frequenter in suis praelectionibus solebat perstringere. tandem, quamquam ille iocosa quaedam uerba sed nihilominus pungentia oblique in ipsos nonnunquam eiacularetur, illi tamen serio in eum animaduertere uoluerunt, quem profecto propter scholasticos labores quos sustinebat debuissent ornare. cum omnia essent tranquilla in ciuitate, uno aut altero
35 mense post martyrium Louaniensium fuit accersitus ad theologos quadam die dominica sub horam nonam, cum totus populus esset in templo, ut res, quamquam in die festo, citra tumultum tamen perageretur. inde sine ulla interrogatione aut alia occasione a Promotore deducitur in coenobium quorumdam monachorum laicorum, quos ab officio quo funguntur *νεκροφόρους*
40 posses appellare. istis monachis in custodiam traditur, eis insuper ascribitur, ut eum in aliquo angusto cubiculo seorsim circumclusum teneant, ne quisquam mortalium ad eum accedat, neque rogati ibi esse fateantur.

Audis horrendum facinus, sed audies horribiliora flagitia, ubi theologorum 5
non minus scelerata quam fraudulenta consilia intellexeris. relicto in custo-
45 dia monachorum coeco reuertitur Promotor in eius habitationem (nam hic est minister ac promotor impietatum) et autoritate Rectoris et theologicae facultatis occupauit bibliothecam, pecunias, uestes, suppellectilia et omnia bona captiui coeci. referuntur omnia ad theologos; paulo post uenduntur et ex omnibus rebus conflatur quaedam summa pecuniae, qua sustentetur mi-
50 ser coecus. nam inter alias uirtutes tam auara sunt illa mancipia uentris, ut citius ab eis oculum quam obolum, ne ad perpetranda quidem sua flagitia, extorqueas.

Iam uero quia res occultari non poterat, ut aliqua idonea ratione respon- 6
deri possent hominibus qui de ipso erant percontaturi, audi horrendum com-
55 mentum quod in cerebro suo ausi sint inuenire atque in publicum euulgare. subornauerunt quosdam sui ordinis homines, qui per totam urbem spargerent rumorem, coecum esse iustissimis et maximis de causis comprehensum, non propter religionem, quamquam in ea quoque non recto plane tramite incedere uideri posset, sed quod sodomitico crimine fuerit contaminatus. id
60 uero ea impudentia atque audacia audebant affirmare, ut, si ipsi spectatores facinoris frequentes fuissent, nequaquam abominandum commentum potuissent asseuerare audacius. minis et blandimentis coegerunt quosdam pueros fateri se a Perseualdo corruptos esse, ut istiusmodi diabolicis imposturis

29 Coeco periculum creant theologi *in marg.* **A** || 43 in carcerem detrusus ex propria supellectile uictus paratur *in marg.* **A** || 47 suppellectilia *ms.* supellectilem *Campanus* || 53 crimina in Coecum conficta *in marg.* **A**

famam honesti hominis proscinderent et animos uulgi aduersus innocentem irritarent. 65

7 Interim tenetur in custodiam miser Perseualdus nec est quisquam in tota urbe praeter autores facinoris, qui sciat quo in loco detineatur, utrum extinctus sit an adhuc uiuat. ignorat ille omnia quae de se ipso in ciuitate sparguntur. nihil ab eo unquam est interrogatum. nescit ipse quam ob rem sit comprehensus. denique si adhuc spirat, ita spirat, ut malit se tantis huius uitae 70 miseriis iam perfunctum esse quam istum aërem calamitatis ac doloris plenum diutius haurire.

33 Tunc demum inquirunt aduersarii seu potius fingunt aduersus illum testimonia, quibus Lutheranismi reum possint coarguere, quasi parum reuerenter de dignitate pontificia senserit aut magistrorum nostrorum autoritatem in suis concionibus uoluerit labefactare. interrogant eius famulos, amicos, necessarios et familiares, quibus cum hominibus uersaretur, quos libros legeret, 5 quibus uerbis uteretur in familiari sermone. ab altero latere urgent magis ac magis teterrimum rumorem, quem destinata malicia in odium boni uiri ab ipsis theologis fuisse confictum qui erant saniores facile intelligebant. denique inualescente fama, quamuis falsa, apud multos, sed eos theologorum fascino et imposturis dementatos, fidem calumnia inuenire quodammodo ui- 10 debatur. alii uero honestiores, qui pietatem Perseualdi ac uirtutem notam atque probatam habebant, nullo modo in animum poterant inducere, ut tantum scelus de homine, praesertim in Christiana doctrina probe exercitato, auderent suspicari.

2 Tandem cum late manaret ille parum faustus rumor, occultaretur praeter- 15 ea Perseualdus et quasi perpetuo silentio sepultus iaceret, non pauci ex amicis illius extiterunt, qui eum aliquo flumine summersum arbitrarentur. iste rumor primo a theologis eorumque satellitibus fuit ortus et propagatus, et quidem eo consilio, ut, si semel confirmaretur in animis hominum illa de sublato Perseualdo opinio, quicquid postea in eum statueretur, nihil magno- 20 pere acerbum aut formidabile putarent, modo ne eum uiuum uiderent, quem multo ante summersum existimarunt.

3 Sed quid tandem accidit? primo, quod in falso conceptis opinionibus euenire solet, id plane in crimine, quod de coeco commenti fuerant theologi, accidisse uidimus: tota illa sinistra fama ultro in uentum dissipata est. deinde 25 quoniam ea pecunia, quam ex bonis Perseualdi conflauerant, aliquantulum in eo sustentando minuebatur, decreuerunt non diutius alere hominem, quem potius extinctum quam uiuum esse cupiuissent. interficere non aude-

1 testimonia falsa conquiruntur *in marg.* **A** || 15 rumor de Coeci morte sparsus *in marg.* **A** || 18 eorumque *ms.* et suis *post corr.* || 22 existimarunt *ms.* existimassent *post corr.* || 23 ueritas paullatim incipit emergere *in marg.* **A**

bant, quia sublato illo rumore, quem omnes tandem falsum fuisse agnoue-
30 runt, nulla erat omnino reliqua causa quae morte digna uideretur, liberare
uero multo minus, ne se ipsos populo ridendos propinarent et eidem Perse-
ualdo idoneam causam praeberent, ut ipsorum scelerata facta et dicta profer-
ret in lucem.

Quid ergo faciunt? quoniam primo illo grauissimo crimine exclusi erant, 4
35 ad secundum, hoc est, ad Lutheranismum relabuntur. dicunt Perseualdum
esse Lutheranum et tanquam haereticum debere condemnari. itaque postea
quam quattuor aut quinque mensibus captiuum tenuerunt nec ullum interea
crimen obiecissent, ignoraret praeterea ipse, qui rumores de se aliquandiu
iactati fuerant in urbe, semel tandem in publicum theatrum produxerunt et
40 quo iure quaque iniuria et ipsi et toti scholae persuadere conati sunt coecum
esse Lutheranum.

Ille uero clamabat se neque Lutheranum esse neque aliam omnino quam 5
Christianam religionem aut unquam amplexum esse aut nunc uelle profiteri.
at rursus theologi contra 'multa' inquiunt 'te in tuis praelectionibus et con-
45 cionibus dixisse constat aduersus ecclesiae decreta, contra dignitatem ordi-
nis theologici, ex quibus, quid in religionis sententia haberes animi, facile
aestimari potuit'. 'fateor' inquit coecus 'saepe in praelectionibus meis depra-
uatos hominum mores me uituperasse, quod sane pro officio meo facere de-
bebam. aduersus ecclesiam Dei uel unum uerbum unquam protulisse, id
50 uero pernego.' tum magistri nostri: 'utcumque falso te uelis excusare, nos ta-
men te Lutheranum esse affirmamus eoque hac sententia nostra te ad perpe-
tuos carceres condemnamus, pane dumtaxat et aqua, dum uiuas, alendum.'
itaque uel inuitus coactus est esse Lutheranus miser coecus atque horren-
dam illam sententiam audire, quam profecto non ius aut aequitatem sed
55 iniuriam aut uiolentiam merito possis appellare.

Sic sunt homines, ut non pudeat abominandas in Deum blasphemias et di- **34**
ras inter homines crudelitates committere, modo ipsi in arce dignitatis con-
stituti tyrannicum imperium pro sua libidine exercere et multis ac infandis
uoluptatum formis diffluentes suauiter possint deliciari. tulit moderate coe-
5 cus durissimam sententiam, quando aliud facere non poterat, quae, cum in
profesto Regum anni 44 esset pronunciata, quem diem iucunditati ac laeti-

29 quia *ms.* quod *Campanus* || 34 Lutheranismi crimen intentatur *in marg.* **A** || 37 aut quinque] *his uerbis lacuna finitur in* **P** | tenuerunt **P** tenuissent **A** || 38 qui rumores **P** rumores qui **A** || 39 Coecus e carcere eductus a theologis accusatur *in marg.* **A** || 44 praelectionibus et concionibus **P** concionibus ac praelectionibus **A** || 48 me *om.* **P** || 49 unquam *om.* **P** || 51 Lutheranismi condemnatur *in marg.* **A** | Lutheranum esse **P** esse Lutheranum **A** || 55 aut **A** ac **P** | possis **P** posses **A**

4 Coeci tolerantia *in marg.* **A** || 6 anni **A** anno **P** | esset pronunciata **P** pronunciata esset **A**

ciae dicare consueuit populus, solum hoc uerbum ad eam respondisse fertur: 'Deo sint gratiae, quod magistri nostri bibent hodie uinum, miser coecus nihil nisi frigidam aquam.'

2 Tenetur hodie in teterrimo carcere clausus nec tantum toto integro die pa- 10
nis illi praebent, quantum ad sedandam famem uel semel satis esse possit. imo uero, quod magis mireris, si quisquam inter ciues sit, qui tantae calamitatis misertus aut uinum aut ceruisiam aut aliquem cibum illi mittat, non patiuntur ad eum quippiam deferri, poenamque capitis denunciarunt custodi carceris, si ullum cibum aut potum ad coecum ferri permittat. noui ego in ea 15
urbe honestissimos uiros, qui uinum et obsonium ad eum miserunt, sed clam et per alienas manus magnaque simulatione, ut nocte intempesta coeco traderetur. sed quid est quod hac sua liberalitate sunt consequuti? certe nihil aliud nisi ut ipsi quoque suspecti nunc habeantur, quasi hoc pietatis officio Lutheranis uelle fauere tacite quodammodo significauerint. quin et in ipso 20
carcere obseruatores posuerunt prohibituros uidelicet, ne quicquam omnino aut cibi aut potus ad coecum transmittatur. hoc igitur modo et saepius et crudelius occidunt miserum quam si uel gladio uel incendio uel quocumque alio mortis genere uitam illi semel eripuissent, quod ille sane satius multo atque utilius sibi iudicasset quam tot modis excarnificatum uel centies quoti- 25
die interire.

3 Interim impunitatem tantorum scelerum sibi promittunt et superbe gloriantur sacrilegi, impostores, hypocritae, quod non sint homicidae neque uelint interficere quemquam, ne rei Christiani sanguinis ab hominibus iudicentur. at uero iudicium Dei effugere non poterunt, ad cuius tribunal 30
iamdudum prouocati sunt, ubi cogentur sistere deque istis suis factis, in quibus nunc fastuose superbiunt, accuratam rationem reddere. tunc profecto uelut in clara luce intuebuntur tanto se esse crudeliores carnifices caeteris homicidis, qui unico ictu gladii acute scindentis finem calamitatibus humanae uitae imponunt, quanto lentiore atque acerbiore pariter corporis et animi 35
cruciatu uitam hominis tandem absumunt. quod sane propediem euenire cum aliis multis, qui hoc modo condemnantur, tum uero isti coeco necessum est. neque enim fieri potest ut uitam sibi diuturnam fore promittat, qui tantis animi moeroribus mirifice in uarias atque acerbas cogitationes distrahitur et nullo praeterea cibo sustentatur. et tamen fert ille patienter tristissi- 40
mam sortem spe futurae tranquillitatis ac liberationis, quam coelestis Pater in suo regno aeternum duraturo propediem illi praestabit. habes itaque, mi

10 toto integro **P** tota integra **A** || 13 aliquem cibum **A** aliquem sibi **P** *cum correctione in marg.* aliquid cibi *fortasse recte* || 18 liberalitas in Coecum multis noxia *in marg.* **A** || 27 hypocritarum ingenium *in marg.* **A** || 31 *ante* cogentur *add.* se *suprascr.* **A** || 42 propediem illi **P** illi propediem **A**

praeceptor, finem historiae de caeco. nunc ad prosequendum intermissum Noui Testamenti initium reuertatur oratio.

35 Cum primum Antuerpiam perueni, ubi liber imprimendus erat, quamquam uniuersa ratio cum legum Imperatoriarum, tum uoluntatum bonorum ac eruditorum mihi constabat, denuo ibi consilium capere uolui. communicaui negocium cum multis. omnes laborem nostrum in opere illustri ac ne-
5 cessario collocatum in coelum laudibus extollebant atque ut aeditionem maturarem unanimiter cohortabantur.

2 Quidam mihi autores fuerunt ut aduentum Imperatoris, qui iam prope adesse dicebatur, expectarem, a quo facile impetrari posse arbitrabantur, ut opus Christianae reipublicae summe necessarium et autoritate sua ornaret et
10 priuilegio (quod uocant) insigniret, quo ueluti ornamento ac propugnaculo munitum in manus hominum ueniret multo commendatius.

3 Ego uero quoniam uidebam haec consilia a bono quidem animo multorum amicorum sed iudicio carnis profecta atque ad ostentationem quamdam et gloriam inter homines captandam esse comparata (noueram quoque no-
15 strorum hominum ingenia neque dubitabam aliquos Hispanos in aula Imperatoris futuros, qui prodeunti nunc coelesti doctrinae malignius fauerent quam dignitas tantarum rerum postularet, eoque periculum erat fore ut opus nondum natum, si illorum praeiudicia expectarem, conarentur extinguere), statui equidem non omnino meis consultoribus, qui amore quodam huma-
20 nae gloriolae impediti parum attente ista incommoda considerabant, obtemperare.

4 Quin hoc sedulo mihi faciendum esse proposui, ut, quoniam aeternam Dei patris notitiam et uoluntatem, quae literis euangelicis continetur, quoquomodo inter nostros quoque ut aliarum gentium homines propagatam esse cu-
25 piebam, quod unum esse officii mei uidebatur, elaboratum opus praelo committerem, deinde totius negocii Deo patri, cuius agebatur causa, commendarem. neque enim aut tum dubitare poteram aut nunc desino constanter fidere diuinis oraculis, quibus sancti Dei homines spiritu coelesti afflati scriptum reliquerunt, fore ut uoluntas supremi numinis etiam contra
30 omnium hominum furores compleatur eiusque aeterna doctrina toto terrarum orbe propagetur.

28 oraculis ... afflati] *cf. 2 Petr. 1,21*

43–44 ad prosequendum ... reuertatur **P** ad prosequendam intermissam N.T. aeditionem instituatur **A**

1 noua de libri editione consultatio *in marg.* **A** ‖ 5 extollebant **P** tollebant **A** ‖ 10 quod **AP** ut *Campanus* ‖ 13 atque ad **A** adque **P** ‖ 19 inanis gloriolae contemtus *in marg.* **A** ‖ 22 faciendum esse **P** esse faciendum **A**

5 Extat sempiternum atque immutabile decretum Patris de coelo clara uoce sonantis, quo diserte per Esaiam pollicetur nunquam ipsius uerbum semel inter homines disseminatum sine ingenti animarum fructu ad se esse reuersurum. 35

6 Non ergo ea succensus cura multo antea ego cruciari debebam, quae citra omnem controuersiam ad unius Dei prouidentiam ac gubernationem tota pertinebat. Pauli officium est plantare, Apollo rigandi curam suscepit: ab uno Deo petendum atque expectandum nobis erit incrementum. sic etiam in hoc praesenti negocio, quae una aedendi operis cura mihi incumbebat, eam 40 ad me suscipiens, quod erat diuinarum partium et cursum uerbi sui foeliciter gubernare et magno euangelicae lucis splendore coecas multorum mentes illustrare, integrum ac solidum ei permittendum esse duximus, ad quem unum hoc officium ueluti proprium pertinebat.

36 Itaque rogo typographum, utrum Testamentum Hispanica lingua uelit imprimere. respondit uelle et quidem perlibenter, tum quod suos labores ad publicam utilitatem et ecclesiae salutem multo quam ad quaestum aut obtrectationem libentius uelit conferre, tum uero quod hoc opus imprimis iamdudum fuisset a multis piis hominibus expetitum. rogo insuper utrum li- 5 ceat sine autoritate publica eum librum imprimere.

2 Respondit licere quidem omnino sacras literas imprimere sine ullius hominis concessu aut prohibitione: neque enim eiusmodi esse oracula Dei, a quibus omnes principes, omnes reges terrae quicquid habent aut potentiae aut dignitatis acceperunt, ut eadem nunc unius aut alterius delyri homuncio- 10 nis praeiudicio alligata et quasi circumscripta esse deberent. addebat quoque id quod res erat, nullas unquam Imperatoris leges aeditionem sacrarum literarum prohibuisse.

3 Hanc sententiam confirmabat et suis et aliorum exemplis, qui in eadem ciuitate Nouum Testamentum in omnibus pene Europae linguis typis im- 15 pressum euulgarunt; nullum itaque restare impedimentum quominus sacrae literae (modo sint fideliter translatae) sine ulla hominis uenia aut condonatione imprimantur.

4 Tum ego: 'praelum igitur adorna et quae ad aeditionem necessaria erunt. ego tibi culpam interpretationis, si quae tandem exorietur, libenter prae- 20 stabo; tu aeditionis periculum ad te suscipito. ac ut nostrorum hominum re-

33-35 ipsius … reuersurum] *Isai. 55, 11* || 38-39 Pauli … incrementum] *1 Cor. 3, 6*

41 ad me *in ras.* **A**
1 actio cum typographo *in marg.* **A** || 7 respondit … imprimere *om.* **P** *nec transtulit* **H** || 12 spes fauoris diuini *in marg.* **A** || 16 euulgarunt **P** euulgassent *post corr.* **A** || 17 condonatione **P** indulto *post corr.* **A** || 21 ad te *in ras.* **A**

prehensionem effugias nec ulla in re eorum acerbitas fraudi tibi esse possit, uolo ut meo quoque sumptu liber imprimatur.' tradidi ergo ei exemplar descriptum multumque oraui ut aeditionem maturaret.

25 Interim nihil in obscuro gerebatur. sciebant omnes sub praelo esse Nouum 5 Testamentum. laudabant non pauci, plures librum impressum auidissime expectabant. nunquam habitatio mea clausa fuit, ingrediebantur multi, probabant omnes. quamquam dubium non est aliquos applausores extitisse qui, cum librum uidissent, summis quoque laudibus coram celebrassent, a tergo 30 tamen in suis conciliabulis inter sui ordinis sodales prodeuntes nunc sacras literas hostiliter insectabantur, quarum lectionem non leuiter suo uentri ac imposturis obfuturam esse iam tum praeuidebant. at ego sane deprauata istorum iudicia et insanos affectus parui omnino ducebam fretus Deo, cuius praesidio ac prouidentia ad ipsius tantummodo gloriam et augendam et 35 tuendam institutum opus defensum gubernatumque iri confidebam.

In aeditione uero ipsa tuum consilium sequi uolebam, ut librum simplici- 6 ter ecclesiae traderem nullius interpretis nomine indicato. nephas enim esse ducebam ex eo opere, quod ad gloriam diuini nominis et coelestis doctrinae propagationem elaboratum erat, ullam inde portionem ostentato nomine ad 40 quempiam mortalium uelle deriuare. sed aliud suadebant amici, aliud facere Imperatoriae leges coegerunt, quae libros omnes sine autoris aut interpretis nomine tanquam suspectos prohibuerunt. igitur, quoniam in hoc toto negocio nihil omnino erat cuius me aut pudere deberet aut poenitere, non solum meum nomen profiteri, sed librum etiam impressum ipsi Caesari offerendum 45 statui, quem propediem ex Gallia reuersurum arbitrabamur.

Interea temporis dum liber imprimitur, quid tibi ego nunc referam, mi **37** praeceptor, quorumdam nostrorum morositatem, ne dicam impietatem, qui ad nos interdum solebant commeare et in rebus optimis et facillimis sua stoliditate non raro negocium facessere? equidem pro mea facilitate neminem 5 nostrorum monachorum e colloquio uolebam arcere, quorum se ingerebant non pauci, qui opinione sapientiae inflati ad nos ueluti amici et consultores frequenter accedebant, cum interim hostiles inimicitias in animo suo molirentur.

Sic sunt homines, ut, cum natiua quadam atque impudenti audacia ince- 2 10 dant turgidi, nulla eruditione solida, nulla probitate, nulla pietate ornati, mirum quam alte omnem doctrinam omnemque religionem irrideant. et tamen, quod mireris, hi sunt qui ementita quadam persuasione religionis sic nostros

22 tibi *om.* **P** ‖ 23 editio instituta *in marg.* **A** ‖ 30 sodales **A** homines **P** ‖ 36 interpretis nomen operi num praefigurandum *in marg.* **A** ‖ 39 inde *in ras.* **A** ‖ 42 hoc toto **P** toto hoc **A** ‖ 43 omnino *om.* **P** ‖ 44 etiam **P** quoque **A**

1 censurae Aristarchorum uariae *in marg.* **A** | temporis **P** temporis et loci *suprascr. et in ras.* **A**

homines suo fascino dementare potuerunt, ut ab ipsis etiamnum tanquam a diuino quodam numine pendere eorumque uerba uelut coelestia oracula uenerari uideantur. tantum est tamque uehemens *τῶν κακοδαιμόνων* uirus, 15 quod per haec organa sua odio filii Dei in totum genus humanum spargere consueuerunt.

3 Multas illorum insanias atque impietates narrare possem, quae risum tibi mouerent uel lachrymas potius elicerent, quas omnino hic uolo praetermittere. unam tibi dumtaxat controuersiam recitabo, quae mihi cum quodam 20 monacho de grege Dominicanorum Antuerpiae forte intercessit. scripseram praeliminarem Noui Testamenti epistolam ad Carolum Caesarem titulumque libro inscribendum apposueram in hanc sententiam: *Nouum Testamentum, hoc est, nouum foedus nostri redemptoris et solius seruatoris Iesu Christi.* quo autem consilio eiusmodi titulum adscribere uoluerim, paucis indicabo. 25

4 Primum uocabulum *Noui Testamenti* uidebam quidem a multis decantatum, sed a paucis nostrorum uel Latine doctis, nedum Hispanice tantum peritis, intellectum, quoniam et libro ipso nostri homines hactenus caruerunt et uocem prorsus ignorarunt ideoque et uocabuli uim ac significationem minus erant intellecturi quam caeterae nationes, quae et librum semper habuerunt 30 et uocis huius ueram et germanam significationem saepenumero pro concione explicatam audiuerunt. rursus mutare uocem tam multis seculis in ecclesia receptam, ad quam omnes Christiani deberent assuefieri, durum admodum mihi uidebatur uixque arbitrabar esse eius qui uerebatur reprehensionem doctorum atque prudentum. 35

5 Idem igitur *Noui Testamenti* uocabulum relinquendum, sed addendam quoque interpretationem, quae uno uerbo quam propriissime et significantissime (quod facile poteram nostro sermone) rem ipsam declararet, satius atque utilius esse iudicaui. ad haec particulam exclusiuam *solius seruatoris* eo consilio inserendam putaui, ut tacite hac ueluti admonitione notarem ac re- 40 fellerem perniciosissimum nostrorum hominum errorem atque atrocem blasphemiam, qui alios nescio quos seruatores quam filium aeterni Patris somniauerunt. unde non paucis apud nos hominibus inditum esse *seruatoris* nomen uidemus ab illo sancto suo seruatore, quem illi sic uocant atque officiose colunt. 45

38 Antea uero quam descriptae chartae typographo traderentur, interuenit forte fortuna monachus, quem ego sane caeteris Hispanis monachis doctiorem esse arbitrabar. legit scripta. rogo ecquidnam uideatur reprehensione dignum. respondet placere sibi uehementer epistolam, quam sine ullius homi-

20 controuersia cum monacho super titulo operis *in marg.* **A** ‖ 39 esse *om.* **P** ‖ 42 quam **P** praeter *post corr.* **A** ‖ 43 hominibus *om.* **P** ‖ 44 atque **A** et **P**
1 monachi de uocabulo FOEDERIS disputatio *in marg.* **A**

5 nis inuidia scriptam uidebat, deinde sic attemperatam, ut ne unum quidem ex ea uerbum uel a morosis hominibus posset in calumniam torqueri; caeterum uocabulum *foederis* usque adeo eius aures atque animum offendisse, ut iudicaret se scriptum aliquod Lutheranum legere, cum uerbum ibi adscriptum coeperit pronunciare, nec se dubitare quin ad eundem modum sic unum 10 illud uocabulum omnium nostrorum aures esset offensurum, ut uel hac una de causa totus liber alioqui purissime et fidelissime translatus haberetur omnino suspectus.

2 Risi equidem suauiter monachi stultitiam, quamquam magis libebat insaniam deplorare. sed repressi tunc animi impetum et quam potui sedatissime 15 rogaui, quid esset causae quare mea simplici ac fideli interpretatione offenderetur. respondit interpretationem quidem esse planam, fidelem, propriam atque elegantem, sed tamen, quoniam erat Lutherana phrasis, saepe a Luthero et Germanicis scriptoribus usurpata, nullo modo debere in frontispicio istius libri collocari.

3 20 'Ego uero' inquam 'non Lutheranam sed certe propheticam et apostolicam phrasin appello et frequentius eam apud Esaiam, Ieremiam, omnes prophetas, Paulum denique ipsum quam apud Lutherum reperiri posse arbitror. quare non est idonea ratio, cur id quod uel tuo iudicio optimum est expungendum uideatur. quod si te id solum offendit, quod a Luthero usurpetur, 25 miror quare non magis multo commouearis *Testamenti* uoce, quam ille frequentius omnino quam *foederis* habet in usu.'

4 'Verum', inquit ille, 'sed *Testamentum* in ecclesia magis quam *foedus* usitatum. *foederis* nomine frequentius Lutherus utitur.' 'non ille' inquam 'modo, sed tota Christi ecclesia sine ulla bonorum offensione hanc uocem 30 saepissime pronunciauit. deinde non tam expetendum esse inter prudentes, quis hoc aut illud dicat, quam quid omnino aut quale sit id quod dicatur. quare male ratiocinaris: "Lutherus usurpat, ergo est uituperandum." attende quaeso tuae ipsius argumentationi et uidebis hoc ex ea necessario consequi debere: "phrasis est a Luthero usurpata, sed multo antea prophetis et aposto- 35 lis nota, scripta et pronunciata: ergo phrasis Lutheri consentanea est doctrinae propheticae et apostolicae." si hoc affirmare uis, quod necessario ex tuis ipsius uerbis consequitur, praue in me aut in quoquam alio reprehendis quod iure in sacris literis deberes laudare.' 'absit' inquit 'a me tantum scelus, ut dicam Lutheri doctrinam esse congruentem apostolicae!' 'atqui hoc' in- 40 quam 'uere ex argumentatione tua colligitur. sed absit multo magis a me tam stulta consilia, ut haec tua sunt, admittere!'

7 eius **P** suas *post corr.* **A** ‖ 9 coeperit **P** coepisset **A** ‖ 13 sophistica calumnia refutata *in marg.* **A** | libebat **A** libeat **P** ‖ 15 ac *om.* **A** ‖ 21 Ieremiam **A** Hieremiam **P** ‖ 31 id *om.* **P** ‖ 36–39 si hoc … apostolicae *om.* **P** *nec transtulit* **H**

5 Cum uideret se ludibrio haberi suamque autoritatem parui esse ponderis apud nos, coepit exclamare Dei et hominum fidem, indignum facinus uociferans, iuuenculum heri aut nudiustertius natum sapientissimos homines, natu maximos, eam professionem uelle docere, quam ipsi longo rerum usu haberent notissimam quamque summis laboribus a teneris annis exercuissent. iurare per sacros ordines, per sacrosanctam cucullam, nullum fuisse aliud consilium meum quam ut praetextu religionis inter uerba sanctissima Noui Testamenti uenenata Lutheranismi pocula nostris hominibus miscerem. deinde conuersus ad cognatos meos, qui forte ibi tum aderant, haec et alia multa furiosorum in morem detonabat, ut suis tragicis uerbis meorum animum (quod unice cupiebat) aduersus me concitaret. ut certe fecit.

6 Etenim, posteaquam ipse dicendi finem fecerat, uenerunt cognati omnes ad me; orant atque obtestantur ut eam uocem, quamquam alioqui optimam, uel in eorum gratiam uelim expungere. feci equidem, quae mea facilitas est, quod illi cupiebant, cum ut ipsis gratum facerem, tum uero ut effrenatam tragici mei concionatoris intemperiem reprimerem. quo facto sic reliquum titulum approbauit, ut alteram illam particulam *solius seruatoris* uehementer et ipse quoque laudauerit, qui uulgi superstitionem hac in parte nouerat et intolerabilem errorem esse fatebatur.

39 Tandem placato monacho mitto chartas ad typographum, quas in multa exemplaria uno quasi momento transfudit. sed o me miserum, cui nunquam desunt calamitates, nunquam certamina cum ineptis, ne dicam impiis hominibus! audi quod deinde subsequutum est.

2 Cum esset primum folium impressum, misi exemplar ad quemdam Hispanum singularem amicum, qui praeter caeteros aeditioni Noui Testamenti semper fauit, hominem grauem, prouectae aetatis, professione theologum, trium linguarum peritum, quem ego sane omnium Hispanorum, quos equidem nouerim, facile doctissimum iudicarem, dico amplius, qui omnes Germanorum libros attentissime perlegerat. sed quo iudicio praeditus sit, praesertim in rebus sacris quas profitebatur, ex eo quod mox audies nullo negocio poteris aestimare.

3 Is ubi titulum libri perlegit, non minus fuit offensus illa *solius seruatoris* uoce quam monachus paulo ante *foederis* uocabulo perturbatus. dixit se quidem ex animo et mihi et Nouo Testamento fauere: quare si ipsi fidem haberem, si uberem nostri laboris fructum uellem colligere, illam uoculam *solius* iuberem expungi, quae alioqui toti libro, si ita maneret, magnam haud dubie suspicionem esset paritura. exponebam ego rationes, quare eam inserere uo-

42 monachi intemperies *in marg.* **A** || 48 meum *om.* **P** || 55 titulus mutatus *in marg.* **A**

1 editio inchoata *in marg.* **A** || 4 subsequutum est **P** est subsequutum **A** || 5 noua de titulo dubitatio *in marg.* **A**

luerim, planeque serio affirmabam nullum me praeter filium Dei seruatorem
20 nouisse unquam.

Tum ille: 'neque ego consilium tuum omnino uitupero et fateor proposi- 4
tionem non ita esse absurdam, quin aliquo modo' (sic enim ille loquebatur)
'defendi posset. sed quoniam de ea hoc tempore dimicant Lutherani, me au-
tore unam hanc uoculam obliterabis.' quid multis? sic ursit ille, sic multi si-
25 mul institere, ut totum folium, quamuis impressum et in multa exemplaria
transfusum, perdere quam propter unicam uocem totum librum in discrimen
uocare maluerim.

Deletur igitur illa offensionis uox et rursus primum folium imprimitur, ut 5
nostris rigidis censoribus obtemperarem. hinc intelligas licet, mi praeceptor,
30 et nostrorum deprauata iudicia et nimiam meam facilitatem. sed malui om-
nes calumniarum ansas praecidere quam offensionem uel minima in re mo-
rosis hominibus, praesertim in hac prima aeditione, praebere.

Absoluto opere non passus sum distrahi exemplaria, donec ego Imperatori, **40**
cui erat inscriptum et cuius aduentus quotidie Bruxellae expectabatur, pri-
mum obtulissem. dura nimirum prouincia, ut homo tranquillitatis amator,
hactenus in scholis atque umbra urbanorum negociorum uersatus, nunc uel
5 inuitus strepitus illos aulicos cogatur subire atque, ut ille apud Xenophon-
tem ait, *ἐπὶ τὰς θύρας τῶν πάνυ φοιτᾶν*, ubi nescio quid Martium, nescio
quid horridum atque institutioni nostrae inimicum undique mihi personare
uidebatur.

Sed ita ut tum ferebant negocia faciundum fuit. quamquam enim non 2
10 paucos inuenire de nostris potuissem prudentia et grauitate praestantes, qui
legationem illam libenter meo nomine suscepissent, tamen, quoniam nemi-
nem negocium propius attingebat eoque negligentius, quamquam fortasse
tutius, quae ad rem ipsam pertinebant erant curaturi, uolui ego mihi ipse
esse legatus, ne in hoc extremo articulo, in quo totius negocii cardo uerteba-
15 tur, ego ille, qui eo usque nullis aut sumptibus aut laboribus pepercissem,
nunc quasi languidus aut certe parum animosus bellator perfecti operis uide-
rer desertor.

Perueni itaque Bruxellam eodem die atque eadem pene hora, qua Impera- 3

6 *ἐπὶ τὰς θύρας ... φοιτᾶν*] *Xen. HG 1, 6, 10 ubi uerba profert Callicratidas Lacon na-
uarchus et ἐκείνου pro τῶν πάνυ legitur*

25 institere **P** institerunt **A** || 28 rursus *om.* **P**

1 liber Caesari exhibendus *in marg.* **A** | de libero Caesari exhibendo solicitudo *in ras.*
A || 2 cuius aduentus *om.* **P** || 6 *πάνυ* **P** *τυράννων* **A** || 9 tempori cedendum *in marg.* **A** ||
9–10 non paucos inuenire **P** inuenire non paucos **A** || 12 negocium propius **P** propius
negocium **A** || 13 mihi ipse **P** ipse mihi **A** || 18 Caesar Bruxellam uenit *in marg.* **A**

tor urbem est ingressus. etenim cum ego in ciuitatem peruenissem rectaque
in aulam contendissem, uidi tunc praeter opinionem Imperatorem, qui per 20
alteram ciuitatis portam ingressus eodem tempore quo ego ad aulam accede-
bat. fuit mihi loco fortunatissimi augurii tam auspicatus aduentus, ut optari
nullo modo potuisset magis opportunus. unde spem non uulgarem concipie-
bam, ut negocium, quod tum illius aduentu confectum cupiebam, sortiretur
euentum nostra opinione multo feliciorem. et fuerunt sane, quae deinde con- 25
sequuta sunt, non modo Deo grata, sed etiam re ipsa gloriosa omnia, utcum-
que ab hominibus infausta et calamitosa iudicentur.

4 Ibi tum locum habere theologorum usitatam regulam putaui, qui ut sanc-
tis mediatoribus apud Deum, sic etiam aulicis magnatibus apud principem
quasi patronis opus esse arbitrantur. equidem quamquam in aula habebam 30
non paucos neque uulgares amicos et cognatos, quorum opera in causa non
minus honesta quam necessaria apud Caesarem uti potuissem, tamen, quon-
iam partim nondum Bruxellam peruenerant, partim hanc totam religionis
causam tanquam e sublimi deridebant planeque auersabantur, neminem illo-
rum inuidioso negocio uolui onerare. 35

5 Imo, quod iure tibi admirationi esse possit, quo quisque mihi aut sanguine
aut amicitia erat magis coniunctus, hoc ego ei molestiae minus praebebam
ipseque mihi suam operam minus libenter deferebat. cum uno dumtaxat feli-
cis memoriae Episcopo Iaënensi arctior mihi tunc necessitudo intercessit,
qui anno superiore in comitiis Spirensibus rebus humanis exemptus ma- 40
gnum sui desiderium bonis omnibus reliquit.

6 Sublatus ille quidem est morte praematura, sed eo tempore, ut illi potius
animi tranquillitatem gratulari quam mortem corporis deplorare debeamus.
eamque ego felicissimam esse animam praedicabo, quae uinculis huius cala-
mitosi tabernaculi soluta ad coelestem illam sanctorum societatem commi- 45
grauit, ubi aeterno beatorum gaudio perfusa has tantas rerum humanarum
aerumnas et perturbationes suis oculis non intuebitur.

7 Hic uero Episcopus noster erat homo grauissimus, integra aetate, insigni
animi candore praeditus, puritate uitae suspiciendus, pietatis etiam, ut in ho-
mine Hispano, ut in illa institutione, non uulgaris amator. is me amanter 50
complectebatur et nostrae Noui Testamenti interpretationi unice fauebat,
suam quoque operam in hoc negocio benigne obtulit recepitque se apud Im-
peratorem accuratissime elaboraturum, ut opus nostrum grato atque benigno

19 est ingressus **P** ingressus est **A** || 25 nostra opinione **P** opinione nostra **A** | consequuta **P** sequuta **A** || 28 patronis autor caret *in marg.* **A** || 32 apud Caesarem *om.* **P** *nec uertit* **H** || 37 ego ei **P** illi ego *post corr.* **A** || 39 episcopi Jaenensis mors *in marg.* **A** || 42 illi potius **P** potius illi **A** || 48 erga autorem fauor *in marg.* **A** || 53 elaboraturum **P** laboraturum **A**

animo susciperetur. ad haec ut Imperatorem in sequentem diem simul con-
55 ueniremus statuit.

41 Erat tum forte dies dominica, quo tempore incredibilis apparatus musicorum instrumentorum et puerorum symphoniacorum ad celebrandam coram Imperatorem missam parabatur. tum ego suum illis celebrem ludum permittens me in urbem contuli, ut eruditos quosdam amicos inuiserem.

5 2 Peracta missa Episcopus me ad se accersitum in id conclaue Imperatoris una secum introduxit, ubi mensa erat strata, in qua Caesar dicebatur pransurus. paulo post accedit Imperator magna principum caterua stipatus, et singulari quadam maiestate procedens solus assedit mensae, cuius in conspectu astitimus, donec pranderet. erat tota aula referta principibus uiris, quorum 10 pars ministrabat mensae, pars uinum infundebat, pars fercula de mensa tollebat, pars rursus alia quaedam noua adferebat, omnes pariter in uultum Imperatoris intentos oculos tenebant. ego interim eius grauitatem, lineamenta oris, gestuum suauitatem et totum corporis ac uultus heroicam quandam dignitatem et quasi naturalem inclinationem ualde serio contemplabar. sic ta-15 men in ea consideratione intentus eram, ut nihil minus quam de legatione mea cogitarem. 3 cum in tam frequentem summorum principum coronam conuertebam tamque difficile atque inusitatum colloquium mihi paratum esse uidebam, fateor sane, tenui aliquo timore percellebatur animus. rursus cum aequitatem ac dignitatem causae mecum cogitabam, quam prorsus diuinam 20 esse agnoscebam, uno quasi momento tantum roboris atque animi recipiebam, ut, si omnes principes totius mundi ibi fuissent congregati, et eos omnes ministros meae legationis uocique coelesti, quam adferebam, subditos iudicassem nec mihi Deo freto, cuius legatione fungebar, satis animi ad dicendum coram ipsis unquam esse defuturum existimassem.

25 4 Hac cogitatione diuinitus susceptas uires magis augebat Dauidis sententia, quam nescio quomodo in illa hora ego in animo ac conspectu firmam tenebam: ‘et loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum et non confundebar.’ haec sententia in animo meo frequenter atque ardenter repetita sic sensus omnes meos excitabat, ut pro nihilo plane ducerem omnes omnium 30 hominum furores, omnem mundi potentiam, quae oraculis Dei aduersatura uideretur.

27 et loquebar ... confundebar] *Psalm. 119,46*

54 ut Imperatorem in sequentem diem **P** in sequentem diem Imperatorem ut **A**
5 Caesaris prandium *in marg.* **A** || 9 donec **P** dum **A** || 11 noua *om.* **P** || 13 ac **P** et **A** || 15 nihil minus quam **P** nihilominus **A** ‘rien moins qu’à’ **H** || 16 autoris de exhibendo libro curae et cogitationes *in marg.* **A** || 17–18 esse uidebam **A** esset **P** || 21 et *in ras.* **A** || 22 meae legationis **P** legationis meae **A** || 24 coram ipsis *om.* **P** || 25 animi sui fiducia *in marg.* **A** || 26 ac **P** atque in **A** | firmam **AP** infixam *Campanus*

5 De oratione uero, qua apud Imperatorem uti debebam, nequaquam sollicitus eram, certo credens promissioni coelesti, de qua diserte pollicetur seruator noster fore ut, cum in conspectu regum aut principum nobis dicendum sit, a Spiritu Sancto nobis suppeditetur in illa hora huiusmodi uirtutis oratio, 35 cui omnis sapientia mundi non possit resistere.

42 Tandem absoluto prandio non sine multis et magnis ceremoniis Imperator surrexit et tenui scipioni innixus stetit, qua parte nobis ad ipsum facilis patebat aditus, quasi expectans si quis eum aliqua de re uelit conuenire.

2 Aggreditur primus quidam imperator exercitus Hispanus, homo magnae autoritatis et, quia exempla suae uirtutis praeclara aediderat resque magnas 5 et periculosas in praelio gesserat, erat Caesari ualde gratus. is tradidit Caesari 3 literas et manu eius deosculata cito suam orationem absoluit. accessit secundus meus Episcopus, qui me ad Imperatorem quasi manu ducebat. is quoque graui et breui oratione usus nostrum laborem impense commendauit simulque orauit Imperatorem, ut dignitatem operis sibi dicati uelit agnoscere et 10 amplissimo honore dignum iudicare.

4 Tunc Imperator ad me conuersus rogauit quidnam esset libri quod illi offerrem. 'est', inquam, 'Caesarea Maiestas, pars quaedam sacrae scripturae, quam Nouum Testamentum appellamus, in linguam Hispanicam a nobis integra fide conuersum, quo potissimum historia euangelica et apostolorum 15 epistolae continentur. quorum laborum tuam Maiestatem tanquam defensorem religionis ac purae doctrinae et iudicem et benignum aestimatorem facere statuimus, multumque oramus ut Maiestatis tuae suffragio comprobatum opus populo Christiano autoritate tua Caesarea commendetur.'

5 Tum Caesar: 'tune autor es istius libri?' 'Spiritus Sanctus', inquam, 'Cae- 20 sarea Maiestas, autor est, cuius afflatu sancti Dei homines inspirati haec oracula diuina salutis ac redemptionis nostrae toti generi humano lingua Graeca prodiderunt. ego autem tenuis dumtaxat sum minister ac debile organum, qui suis fontibus deductum librum in linguam Hispanicam conuerti'. at ille: 'in linguam Castilianam?' 'in nostram' inquam 'Castilianam, Caesa- 25 rea Maiestas, cuius operis te modo patronum ac defensorem pro tua clementia postulamus.' 'fiet' inquit ille 'quod petis, modo nihil sit in libro suspectum.' 'nihil', inquam, 'Caesarea Maiestas, in toto opere suspectum est, nisi uox Dei de coelo sonantis, redemptio unigeniti filii Iesu Christi liberatoris

34–36 fore ut … resistere] *cf. Matth. 10,18–20*

32–33 sollicitus eram **P** eram sollicitus **A** ‖ 33 de *in ras.* **P** ‖ 35 huiusmodi **P** eiusmodi **A**

1 Caesar a prandio dat audientiam *in marg.* **A** ‖ 3 aliqua de re **P** de re aliqua **A** ‖ 6 liber Caesari exhibitus *in marg.* **A** ‖ 12 quod **P** quem *post corr.* **A** ‖ 25 Castilianam **P** Castellanam **A**

30 nostri, e sinu aeterni Patris prodeuntis, debeat Christianis hominibus esse suspecta.' 'concedetur' inquit 'quod uis, si talis extiterit qualis abs te et ab Episcopo praedicatur.' atque ita accepto libro est ingressus proximum conclaue.

6 Ibi profecto uix me continere potui, quin erumperem in uoces aliquas liberiores quam aut locus aut tempus postulabat, cum uiderem tantum princi-35 pem, quid sit euangelium Dei, quid Nouum Testamentum, quid sacrae literae, quid doctrina coelestis, prorsus ignorare, neque ignorare solum, sed etiam sacras ipsas literas, oracula Dei, in dubitationem atque controuersiam uocare.

7 O rem unam lachrymis plane sanguineis deplorandam, uidere atque au-40 dire summum Christiani orbis monarcham, qui doctrinam de filio Dei, euangelium Christi, uel suspectam esse arbitretur uel certe, utrum ea in populo Christiano sit recipienda, dubitet. sed extrema haec aetatis nostrae mala ad interitum naturae rerum inclinantis deplorare quidem possumus, tollere uero aut emendare nescio an ullius sit hominis. quamquam uere sentio culpam 45 tantae coecitatis atque ignorationis non tam ipsi mansuetissimo atque optimo Imperatori quam suis omnino consiliariis (monachos intelligo et illis simillimos adulatores pessimos) esse tribuendam, qui inaudita quadam impietate horribilem tyrannidem in animo clementissimi principis exercent. at ferent et hi quoque in illo formidando die propediem sane uenturo precium 50 tantis sceleribus dignum.

43 Tandem reuersus domum a colloquio Imperatoris uolui expectare finem aliquem incoepti negocii. postridie demandata est Episcopo cura perferendi librum ad monachum quemdam Hispanum, qui est a confessionibus Imperatoris, ut is perlustraret eum et de uersione ipsa, utrum bene an male transla-5 tus esset, suam sententiam indicaret. Episcopus recepit se hoc totum negocium summa diligentia curaturum et, quoniam ad eam rem meam praesentiam necessariam esse non putabat, autor mihi fuit ut redirem Antuerpiam et uniuersam causam secure in ipsum transferrem. obtemperaui equidem monenti Episcopo, et quidem eo libentius quo mihi aulica uita 10 maiorem in modum displicebat.

2 Vix ego Antuerpiam perueneram, cum accepi literas ab Episcopo, quibus librum sua manu confessori tradidisse et ab eo aequissimo animo acceptum esse adeoque peramanter atque amice omnem suam operam sedulitatemque in eo negocio promouendo significabat. porro autem, cum ego quoque meis

31 ab *om.* **P** || 32 est ingressus **P** ingressus est **A** || 39 coecitatis humanae deploratio *in marg.* **A** || 43 inclinantis **A** properantis **P** *(cf. 128, 2)* || 44 ullius sit **P** sit ullius **A**

1 liber monachi censurae subiectus *in marg.* **A** | liber confessionarii Caesaris censurae subiectus *in ras.* **A** || 7 necessariam esse non **P** non esse necessariam **A** || 11 episcopus approbationem libri urget *in marg.* **A** || 13 atque amice *om.* **P**

literis urgerem Episcopum, ut mediocri diligentia finem negocii sollicitaret, 15
rursus et ipse monachum conuenit; rogat ecquidnam sibi approbaretur liber. respondit praeclara omnia, serio multumque sibi librum approbari: etsi enim per uarias occupationes totum opus nondum perlustrare potuisset, legisse tamen bonam partem, quam uehementer laudaret, nisi quod essent quaedam leuiuscula, quae ad ipsam interpretationem pertinerent, de quibus libenter 20
cum ipso autore uellet conferre.

3 Caeterum finem totius negocii pollicebatur Antuerpiae, quo eadem hebdomada Imperator iturus dicebatur. haec ipsa uerba suis literis Episcopus mihi nunciauit. quo audito, quamuis facile praeuidebam negocium esse arduum et periculi plenum, tamen, ne quicquam a me neglectum praetermissumque 25
uideretur, quod huius negocii expeditionem promouere potuisset, statui Bruxellam ipse redire et coram de singulis uerbis interpretationis nostrae non solum monacho, sed ipsi etiam Imperatori (si ita officii nostri postulasset ratio) integram rationem reddere.

4 Communicaui consilium meum cum amicis et cognatis, quorum praeci- 30
pui, quoniam singulari quodam animi candore praediti erant et periculi magnitudinem, quam ego praeuidebam, et ipsi monachorum fraudum ac perfidiae expertes prorsus ignorabant, autores mihi fuerunt ut rursus me Bruxellam conferrem et omnibus, quantum in me esset, satisfacerem. alii prudentiores et doctiores, quamquam rem esse cum magno periculo coniunc- 35
tam intelligebant, tamen nec omnino suadebant nec plane dehortabantur, tantum arbitrio meo permittentes id facere, quod magis ex usu fore iudicarem. illud simul admonebant, si ad inimicorum manus (sic enim eos appellabant) redire uellem, unde me Deus sine ulla noxa paulo ante liberasset, uideri sibi factum magis animosum atque animi constantis quam securum. 40

5 Ego uero, ne quid in me desideraretur, quod ad gloriam Dei propagandam quoquo modo utile aut necessarium esse potuisset, decreui plane, utcumque caderent omnia, rursus Bruxellam redire meique operis rationem integram reddere. excepit Episcopus aduenientem perhumane praebuitque meliorem spem quam ego ueniens in animo meo conceperam. postridie autem, quon- 45
iam ipse decumbebat aegrotus, misit mecum praefectum domus suae, hominem nostrae ciuitatis et ueteri amicitia mihi iunctum, qui me ad confessorem deduceret simulque Episcopi nomine oraret, ut negocium Noui Testamenti sibi commissum candide atque amanter mecum transigeret.

16 approbaretur **A** probaretur **P** ‖ **20** monachus nodum in scirpo quaerit *in marg.* **A** | confessarius Caesaris n. i. s. q. *in ras.* **A** ‖ **24** autoris deliberatio ardua *in marg.* **A** | quamuis **P** quamquam **A** | praeuidebam **A** uidebam **P** ‖ **35** amici de periculo monent *in marg.* **A** ‖ **37** tantum **P** tandem **A** 'tant seulement' **H** ‖ **44** autor Bruxellam redit *in marg.* **A**

50 Accessimus itaque summo mane ad coenobium Dominicanorum, ubi habitabat noster confessor. sed quamquam nimis tempestiue nos accedere putabamus, iamdudum tamen ipse in aedes Granduellae abiisse dicebatur. reuersi sumus hora decima, sed nondum aderat, rursus duodecima, sed ne tunc quidem redierat domum. tum uero, quia erat ualde sero nec diu abfuturus putabatur, decreuimus illum expectare. ibi excepti ab illius socio monacho Franciscano, homine peruersissimo, coacti sumus interea, dum alter uenit, audire et ferre portentosam illam belluam, quae multa in ueram Christi religionem conuitia, multa in homines pios optimeque de ecclesia meritos sine ulla mente, sine ullo iudicio deblaterabat. 6

44 Sed paulo post insanos huius furores interrupit aduentus confessoris, qui tandem circiter horam primam aduenit. audiuit legationem Episcopi. ego imprimis illi obtuli literas, quas una cum meis ex Hispania ad ipsum acceperam. tum ille ad me conuersus rursus deponit cucullum, inclinat totum corpus, non secus quam si coelestem aliquem diuum ueneraretur. denique nihil aulicarum ceremoniarum intermittit, quae ad summum honorem exhibendum non modo praestanti amico, sed uel maximo et principi uiro requiri posse uidebantur.

2 Deinde sic alloquitur: 'et pro officio erga me tuo in literis perferendis magnam tibi habeo gratiam, Domine Francisce, et multo impensius mihi gratulor, cui contigit tandem et te uidere et cognoscere, quem ego profecto tanquam germanum fratrem unice diligo et propter insignes animi dotes facio maximi. amo enim, et uehementer quidem amo, cum omnem doctrinam ac eruditionem, tum uero eos, qui honestarum disciplinarum studiis pectus atque animum excoluerunt, qua una cognitione ac studio feris animantibus uel maxime praestamus. ac illos equidem imprimis amandos atque ornandos statuo, quorum labores ac studia ad celebrandam gloriam Dei et sacras literas illustrandas conferuntur. exoriri autem in tanta seculi nostri negligentia et deprauatione aliqua nostrae gentis ingenia, qui horum utrumque constanter aggrediantur ac foeliciter praestent, id uero et mihi summae uoluptati est et nostris hominibus ornamento maximo. quare cum in hoc studio unus inter nostros, Francisce, cum magna foelicitate ac labore sis uersatus, merito te amare et magni facere debent, quicumque uirtutem ac pietatem et amant et magni faciunt. ego uero, ne ingratus erga te tuosque pios labores haberi possim, quod unum in me positum est, fraternum animum tibi polliceor, et si quid unquam uel autoritate uel gratia siue apud Imperatorem siue optimum

53 aderat **A** erat **P** *addens in marg.* redierat

1 cum Caesaris confessario colloquitur *in marg.* **A** | colluctatur conflictatur *in ras.* **A** || 9 et **P** ego **A** || 10 monachi blanda et honorifica ad Franciscum oratio *in marg.* **A** || 24 pios *om.* **P**

quemque ualere potero, id totum ei esse impendendum polliceor, cuius opera thesaurum amplissimum coelestis doctrinae Hispani homines sunt consequuti.'

3 Haec et alia multa praesente legato Episcopi, quibus laudes nostros co- 30 piose praedicabat, quorum sane commemoratione non delectatur uerecundus animus, effusissime noster monachus profundebat.

4 At ego admiratus inopinatam monachi beneuolentiam respondi equidem modeste, quarum laudum praeconio me praeter meritum meum oneraret, conscium nimirum propriae imbecillitatis, nihil agnoscere posse praeter sin- 35 gularem beneuolentiam, qua ipse hominem antea sibi non uisum aut ullo beneficio deuinctum complecteretur: accipere me tamen eius praedicationem tanquam adhortationem ac stimulum, ut deinceps totum uitae meae cursum in studio uirtutis ac pietatis multo ardentius ac diligentius urgerem et excitarem; non diffiteri sane esse me cum honestarum scientiarum tum sacrarum 40 literarum perstudiosum, in quibus tamen nihildum propter aetatem laude dignum praestare potuissem; si quid autem utilitatis labor noster, quem in Nouo Testamento conuertendo suscepimus, ecclesiae Christi esset allaturus, quod uehementer optabamus, id totum esse benignitati aeterni numinis adscribendum, qui successus opinione nostra multo foeliciores concessit; esse 45 quidem illum laborem a nobis optimo iuuandae reipublicae studio susceptum, eoque impense orare, ut in eo finiendo ac promouendo eum se praestaret, quem Episcopo antea saepe et mihi tunc splendidis uerbis polliceretur.

5 Recepit denuo accuratissime, quantum pro fratre suo germano efficere posset, id totum ad hoc nostrum negocium ornandum ac tuendum uelle con- 50 ferre. caeterum, quoniam tunc sero erat, officiose orabat, ne molestum mihi esset hora quarta pomeridiana ad ipsum redire, quo tempore id quod facto opus esset inter nos erat constituendum. promisi ego id quidem perlibenter, atque ita ualediximus monacho nosque domum retulimus, alter ad Episcopum, ego ad quemdam ciuem Bruxellensem eruditum et pium, apud quem 55 fueram eo die uocatus.

6 Vbi ad eum perueni, rogat ecquid in negocio nostro promouerim. narro quomodo a monacho nostro fuerim exceptus tanto cum honore et beneuolentia, ut ab homine ante notissimo atque amicissimo tantumdem honoris, officii atque humanitatis postulare nefas propemodum esse uideatur. 'caete- 60 rum, ne me' inquam 'adeo hebetem existimes, qui non possim ratiocinari, quae in utramque partem cogitari debeant, neque ea praeuidere, quae in ar-

27 esse *om.* **P** || 33 Francisci responsio modesta *in marg.* **A** | at **P** atque **A** || 36 beneficio **P** officio **A** || 44 numinis **P** Dei **A** || 48 antea saepe **A** saepe ante **P** | polliceretur **P** pollicitus esset *post corr.* **A** || 55 apud **P** ad **A** || 58 de monachi humanitate simulata iudicium in meliorem partem *in marg.* **A**

duis ac periculosis negociis in considerationem ac prouidentiam moderati
hominis cadunt, sic de hoc monacho nostro statuo: si ex animo loquutus est
65 nec aliud simulatione quadam in pectore occultat, aliud ore pronunciat, il-
lum equidem iudico laude dignum, qui in re de qua nunc agimus (maxima
illa quidem, sed hoc tempore propter quorumdam sapientum sententias mi-
nime plausibili) et candide ipse iudicet et quantum posset apud alios sacra-
rum literarum causam se defensurum esse polliceatur.

70 Etsi enim totum hoc officium illustrandi sacras literas ad illum proprie 7
pertinebat et, cum aliorum studiis fauet, qui id quod eundem ipsum elabo-
rare conueniebat praestiterunt, et suae tranquillitati consulit et partem ali-
quam officii sui tenui hoc fauore quodammodo tueri uidetur (quod alioqui
profecto sine nephario scelere praetermittere non posset), tamen in tanta pra-
75 uitate iudiciorum ac temporum ⟨magnum est⟩ existere aliquem, qui uel me-
diocriter de sacris literis sentiat, praesertim de grege monachorum. nostri
candoris est eiusmodi uirum magni facere, reliquos naeuos illi condonare et
istam qualemcumque uirtutis umbram non infimis laudibus in eo praedi-
care.

80 At uero si monachus noster mecum fraudulenter agit et hoc lenocinio uer- 8
borum prima fronte cupit blandiri, ut postea iuxta consuetudinem aulicam
atroces atque occultas insidias struere tentet, ausim illum ipsis Diabolis, qui
exasperati odio filii Dei toto orbe terrarum grassantur, ut horribilem eccle-
siae Christi uastitatem exerceant, longe deteriorem et multis modis magis
85 abominandum iudicare, qui praetextu pietatis et bellum Deo inferre et sa-
crum eius uerbum e memoria hominum funditus delere conatur. caeterum
ut intelligas candorem meum, qui de hoc homine tam atrox facinus non au-
sim cogitare neque in ullius humani hominis animum tantum scelus cadere
posse existimem, ex animo eum loquutum esse quam blandiloquentia sua
90 decipere uelle mihi persuadere malo. quare statuo me illi credere debere,
etiamsi cum magno meo periculo factum esse tandem experiar.'

'Si ita' inquit ille 'tibi stat sententia, non ausim multum refragari. sed pro 9
meo in te amore tantum admoneo, ne quid nimium illi credas quod postea
credidisse poeniteat, cum mutare non erit integrum.' 'committo' inquam
95 'Deo tantum negocium, sine cuius praesidio nullum est humanorum operum
auspicatum. illud equidem sedulo curabo, quod unum et ad meum officium

64 monacho nostro **P** nostro monacho **A** || 75 magnum est *suppleui iuxta* **H** ('c'est grand chose qu'il se trouve quelcum') || 80 in peiorem *in marg.* **A** || 86 funditus **A** penitus **P** || 87 censura candida *in marg.* **A** || 90 decipere uelle **P** uelle decipere **A** || 94 *μέμνησο ἀπιστεῖν in marg.* **A** *(Epich. fr. 119 Ahrens = Apostolius xii 9)* || 96 meum officium **P** officium meum **A**

pertinere et ego pernecessarium iudico, ne quid aggrediar, quod temere a me factum esse uideatur. et cum Dei causam mediocri quadam prudentia et qua decet animi magnitudine ac necessaria libertate tutatus fuero, exitum totius negocii simpliciter Deo commendo, qui potentior est omnibus regibus ac 100 principibus totius mundi. quod si forte pro suo in me paterno animo aliqua cruce me exercere uoluerit, iudicabo mihi salutare fore quicquid pater ille coelestis in me permiserit. tum uero dicam ex animo cum Dauide: "Dominus est, pater benignus est, faciat sane quod bonum uidebitur in oculis ipsius".' 105

45 Hoc igitur animo confirmatus ueni hora tertia in coenobium, quo tempore historiam apostolorum praelegebat monachus noster. existimaui accidisse mihi peropportune, ut in ea occasione hominis doctrinam possem explorare, quae alioqui inter Hispanos quosdam ambitiose celebratur. habebat fortasse circiter uiginti auditores aulicos Hispanos, qui prae caeteris literarum stu- 5 diosi uideri uolebant. his et ego accessi nouus auditor tanquam mirandum quiddam auditurus ab homine qui et multorum sermone laudaretur et cui secreta conscientiae Imperatoris committerentur.

2 At qualem, Deum inmortalem, audiui praelectionem? an putas praeclaram, eloquentiae flore ornatam, rerum ubertate refertam, acumine ingenii ar- 10 gutam? certe sine lachrymis et suspiriis non audiui. ingemiscebam toto pectore, cum mecum reputarem conscientiam tanti principis ab illo hominis portento, non homine, pendere. Deus bone, quam spurco sermone, quam deprauatis sententiis miseras auditorum aures onerabat!

3 Oratione Hispanica utebatur, quia Latine loqui non poterat. aliquando ta- 15 men, ut rei alicuius dignitatem mirabilius extolleret seu inuolueret potius, Latinas aliquas uoces audebat deformare et alieno atque ignoto sermone miserabiliter balbutire. hoc uero quoties tentabat, et inquinatissima quaedam uerba proferebat et tertio quoque uerbo in ipsas pueriles grammaticae regulas turpissime impingebat. 20

4 Tum demum mihi serio uenit in mentem quod Erasmus quodam in loco scripsit de monachis Hispanis. qui cum insanis clamoribus eum ecclesiae aduersarium, religionis desertorem appellassent, respondit ille quidem ad Archiepiscopum Hispalensem multo sane modestius quam eorum improbitas

103–105 Dominus ... ipsius] *1 Reg. 3, 18 ubi non rex Dauid sed sacerdos Heli loquitur*

101 me *om.* **P**

1 Franciscus ad colloquium cum monacho redit, lectioni interest *in marg.* **A** | Franciscus ad colloquium cum Petro a Soto redit; colloquium cum monacho iteratum *in ras.* **A** || 9 Petri a Soto elogium *in marg.* **A** || 21 Erasmi de monachis Hispanis iudicium *in marg.* **A**

25 merebatur: 'definiendum' inquit 'mihi est, quid sit religio, quandoquidem eo calamitatis rem peruenisse uideo, ut cum eiusmodi hominibus mihi negocium sit, qui sine grammatica facti sunt theologi.'

Ego uero, quoniam difficile mihi iudicium uidetur, non ausim de uniuersis Hispanis monachis sententiam ferre, inter quos non paucos eruditos ac 5
30 pietatis studiosos reperiri posse arbitror. hunc autem monachum nostrum fratrem Petrum a Soto Caroli Caesaris poenitentiarium sine grammatica esse disertis uerbis affirmare audeo, quod ipsum mecum testabuntur non pauci eruditi homines, quos nominare possem, qui ipsum loquentem audiuerunt. eundem uero theologum esse profecto non credam, donec et impiam eius ui-
35 tam mutatam uidero et specimen purioris aut solidioris doctrinae ipse de se praebeat quam ego tunc, cum audirem praelegentem, et postea saepe alias in eo potui animaduertere. nam ut extremam hominis barbariem omittam, mirandum dictu est quanta audacia atque amentia sacrarum literarum sensum dignitatemque uiolabat. gustum qualemcumque paucis tibi praebebo.

40 Enarrabat locum in primo capite Actorum Apostolorum, quemadmodum 6 sceleratus ille perditionis filius, postea quam dominum uitae prodidisset, acceperit mercedem tanto facinore dignam, ut laqueo strangulatus crepuerit medius, atque in eius locum surrogatum esse Matthiam sortito euectum ad muneris apostolici functionem. inde ratiocinabatur omnes qui essent prodi-
45 tores et suspendi et crepare medios debere eoque hortabatur ad fidelitatem erga Imperatorem, ne inciderent in Iudae condemnationem. nec interim hoc exemplo mouebatur ipse nec animaduertebat homo miser quomodo suis uerbis aduersus se ipsum protulisset sententiam.

Praeterea rationem illam eligendorum episcoporum tantum ad pristina illa 7
50 tempora pertinere dicebat, quum non esset Imperator Christianus, penes quem resideret autoritas conferendi episcopatus: nostram uero rationem multo illi ordinationi anteponendam esse, quam posterioribus temporibus ecclesia ordinauit, 'cuius autoritate potestas' inquit 'illa creandi episcopos in nostrum Imperatorem clementissimum translata est. qua in electione utitur
55 Caesarea Maiestas prudentissimorum hominum iudicio, qui sapienter dignitatem personarum illi denunciamus et sanum hac in parte consilium damus.'

25–27 definiendum ... theologi] *in Erasmi Apologia aduersus monachos quosdam Hispanos (Opera Omnia, Leiden 1703–1706, t.IX,, 1037) locus apparet sic expressus:* fortassis hic mihi sit explicandum quid proprie sit religio quando cum his res est, qui sine Grammatica facti sunt theologi || 41–44 sceleratus ... functionem] *cf. Act. Ap. 1, 15–26*

30 Petrus a Soto grammaticae rudis *in marg.* **A** || 35 aut **A** uitae aut **P** || 40 rudis sacrarum literarum interpres *in marg.* **A** || 48 protulisset **P** tulisset **A** || 49 episcoporum electio *in marg.* **A** || 53 inquit *om.* **P**

8 Sic ille ueterator autoritatem sibi suis imposturis conciliabat, ut adulatorem pessimum et parasitum impudentem potuisses agnoscere. haec et alia multo his absurdiora insidiosus ille adulator inquinatissimo sermone balbutiebat. 60

46 Absoluta illa praeclara lectione conuenio monachum, significo me adesse hora praescripta, ut de negocio nobis proposito cum eo conferrem, sicut ante prandium inter nos conuenerat. ibi ille rursus maiore multo quam antea honore excipit, magis operoso uerborum lenocinio blanditur, ut, nisi plane obfirmato animo statuissem uelle me ad extremum usque negocium incoeptum 5 persequi seu, ut uerius loquar, nisi ita diuinitus constitutum fuisset, insidiosam esse fraudulenti hominis ciuilitatem nullo negocio potuissem agnoscere. sed tamen nondum fraudem ullam subesse in monacho uere dolis et proditione pleno potui suspicari.

2 Principio ingentes ille quidem gratias pro epistola, quam ex Hispania alla- 10 tam paulo ante ei tradideram, qua una negabat sibi quicquam, postea quam ex Hispania profectus esset, uel gratius uel optabilius accidisse. caeterum, quod ad colloquium nostrum attinet, narrat sibi necopinanti oblatum esse negocium magni momenti, quod nullo modo posset intermittere, meque perofficiose orare atque obsecrare, ne molestum mihi esset hora sexta ad ipsum 15 redire, quo tempore liceret pro arbitrio nostro de rebus omnibus copiose inter nos conferre.

3 Ego nihildum suspicans mali, imo cupiens etiam officium praestare monacho, cuius machinationes plane diabolicas nondum intelligebam, quas uel ab ipso diabolo uel certe ab illius organo Iuda proditore eum didicisse reor, re- 20 spondi mihi quidem nullum in urbe esse negocium huic uni conferendum, quod supra modum perfectum cupiebam, ac proinde libenter in eodem coenobio tantisper expectare me uelle, donec ille negocium modo praeter opinionem sibi oblatum absoluisset. imo etiam, si qua in re ad illud suum negocium uel melius uel celerius perficiendum mea opera utilis esse potuisset, 25 paratissimam ipsi fore pollicebar.

4 Denuo ille gratias agit suaque manu confici debere affirmat atque, ita morae culpam deprecatus, in suam habitationem se contulit. quid interim machinaretur monachus aut quid antea fabricatus esset, quamquam me suorum consiliorum participem non fecit, ex eo tamen quod postea subsequutum est 30 (ut mox audies) facillimum fuerit aestimare.

1 colloquium iteratum *in marg.* **A** ‖ 4 excipit **A** excepit **P** ‖ 5 non temerarium est, ubi diues blande appellat pauperem *in marg.* **A** *(= Plaut. Aul. 184)* ‖ 10 blanditiae insidiosae *in marg.* **A** ‖ 20 reor **P** arbitror **A** ‖ 21 in urbe esse **P** esse in urbe **A** ‖ 22 perfectum **P** confectum **A** ‖ 23 tantisper *om.* **P** | me *om.* **P** ‖ 24 sibi *ante* praeter *transp.* **P** | ad *om.* **P** | illud **P** aliud **A** ‖ 26 paratissimam **A** paratissimum **P** ‖ 27–28 morae culpam **P** culpam morae **A**

Interea temporis ego in ambulacro coenobii obambulo nihil adhuc suspicans mali, donec tandem audita sexta egreditur meus monachus, ut me uocaret ac in suam habitationem introduceret. sequor equidem uocantem atque eius in uia claudo latus dextrum, cuius proditiones ac fraudes ignorabam, nescius me teterrimi proditoris sodalitio comitatum incedere. introduxit denique in habtationem suam meus Iudas, utens interim blandissimo sermone, ut per omnia praeceptoris sui, hoc est prioris Iudae, uestigia sequeretur. 5 35

Prior enim Iudas triginta nummis argenteis Christum seruatorem uendidisse legitur: posterior iste diligens proditoriae institutionis discipulus, uel potius germanus alterius frater, non sane triginta nummis, sed totidem fortasse uerbis etquidem falsissimis atque in officina suarum proditionum fabrefactis, horribiliter deceptum, in uitae discrimen (quantum in ipso quidem erat) adduxit, ut suorum scelerum cupiditatem expleret. ille simulato pacis osculo filium hominis tradidisse dicitur: hic blandiloquentia sua paulatim ac ueluti per gradus flagitiorum innoxium hominem in extremam perniciem deducebat. ille celeri proditione instauratorem generis humani prodidit: hic lento cruciatu benemeritum conabatur extinguere. ille salutem generis humani, quamuis impie et fraudulenter, maturabat: hic eandem salutem per filium Dei nobis restitutam, quae sacris literis continetur, impediebat et sacrosancto Dei uerbo tunc demum in lucem et conspectum nostrorum hominum prodeunti scelerate repugnabat. 6 40 45 50

Hoc autem discrimen inter utriusque proditionem deprehendi posse arbitror, quod ille filium Dei, sed scientem ac uolentem sua sponte crucem tolerare proque salute totius mundi se ipsum unicum et aeternum sacrificium Patri coelesti offerre cupientem, in manus inimicorum tradidit: hic infirmum hominem, in tantis certaminibus parum exercitatum, tantorum scelerum ignarum, amicitiae simulatione crudelius decipiebat. et tamen impunitatem infandi criminis sibi audet promittere scelestus proditor neque formidine poenae, in quam ipse paulo ante legerat suum magistrum Iudam incidisse, a nefario scelere deterretur. sed est Deus, qui haec facinora intuetur aeterno atque horribili cruciatu suis autoribus luenda. 7 55 60

47 Ingressus igitur habitationem monachi equidem subito quasi terrore perculsus in ipso limine cohorrui. Deum inmortalem, qualia illic portenta, quot idolorum formae ad contumeliam aeterni numinis comparatae in eo domicilio uidebantur! erat quidam locus satis angustus, sed cuius in diuersis locis

32 parit tandem monachus quod parturiit *in marg.* **A** || 40 Iudae et Petri a Soto comparatio *in marg.* **A** || 45 erat **P** fuit **A** | suorum scelerum **P** scelerum suorum **A** || 54 utriusque discrimen *in marg.* **A** || 55 sed **P** ad **A** | ac **P** et **A**

1 habitatio monachi idolomaniae officina *in marg.* **A** || 4 quidam **P** quidem **A**

mediocri interuallo seiuncta quatuor aut quinque altaria, ut uocant, erant 5
collocata, ad quae noster uenerabilis pater procumbens in genua suas preces
coram diuis solebat profundere. horum in singulis parua quaedam simulacra
Christophori, Rochi atque aliorum diuorum auro incrustata pene innumera,
magna ui candelarum comitata et quasi munita, quae illustrem speciem ocu-
lis ingredientum exhibebat, continebantur. ego uero, etsi ad hoc spectacu- 10
lum, quod uerum idololatriae neruum ac fomentum iudicabam, grauiter fui
perturbatus, tamen in eo ubi tum eram loco animi aestum duxi esse repri-
mendum tamdiuque mihi ipse silentium indixi, quoad alius magis opportu-
nus daretur exclamandi locus.

2 Caeterum meus proditor salutat ingredientem officiosissime atque in hanc 15
sententiam alloquitur: 'non ignoras, mi domine Francisce, omnes homines
Deo imprimis obtemperare eique quod debent sine mora satisfacere debere,
deinde quod hominibus quoque communi humanitatis iure debetur suo loco
praestandum esse.' 'scio' inquam 'multo accuratius Deo esse obtemperan-
dum quam hominibus, quorum communicatione sic debemus esse conso- 20
ciati, ut ne propter hominum affectiones gloria Dei ullo modo laedatur'. 'id
uero' inquit ille 'in hoc a me commemoratur, ut scias me hoc die negocio-
rum mole impeditum nondum preces meas horarias absoluere potuisse, pro
quibus meam fidem obstrinxi Deo meque illi singulis diebus hoc officium
persoluturum esse sacramento confirmaui, cum in numerum dignitatemque 25
sacerdotum sum cooptatus. quare ne quaeso graue sit, mi domine Francisce,
ut paulisper hic commoratus tantisper expectes, donec ego foris obambulans
meas preces absoluero. ne uero haec mora tibi molesta sit aut frustra me ex-
pectasse uideare, librum quemdam atque in eo locum tibi legendum propo-
nam praesenti nostro instituto peraccommodatum. adsunt praeterea sacra Bi- 30
blia, ex quibus, si uoles, absoluta priori lectione sumere poteris precationis
argumentum.'

3 Vbi haec dixit nimium articulato sermone pronunciata, egreditur, non ut
precaretur (quamquam hoc utebatur praetextu), sed ut principes sacerdotum
et scribas, quibuscum paulo ante de proditione conuenerat, in eundem lo- 35
cum conuocaret, ut tempore iam opportuno ad facinus perpetrandum praesto

33 egreditur] *cf. Ioan. 13, 30*

5 seiuncta **P** seiunctis **A** || 7 coram diuis **P** ad diuos **A** || 13 ipse **P** ipsi **A** || 15 colloquii initium *in marg.* **A** || 17 satisfacere debere **P** debere satisfacere **A** || 19 esse *om.* **P** || 20 debemus esse **P** esse debemus **A** || 23 meas **A** me **P** || 24 preces horariae *in marg.* **A** || 27 ut *om.* **P** | expectes **A** expectare **P** | ego *om.* **P** || 33 mirae proditoris technae *in marg.* **A**

adessent. mihi autem proposuit librum de haeresibus, quae a Christo nato extiterunt, Alphonsi de Castro Hispani monachi Franciscani, quorum uerborum significatione uel tacente me dignitatem et uirtutem autoris facile poteris aestimare, quem ego sane ante annos aliquot in ciuitate Brugensi tunc commorantem noui, hominem uidelicet, ut ne quid grauius dicam, impurum atque indoctum, sed qui garrulitate sua pro concione homines detinebat et miro uerborum artificio miseros auditores conabatur dementare. sed de hoc monacho nihil amplius dicam quam quod ipse de se cum in toto libro, tum uero in eo loco, quem mihi meus Iudas proposuit legendum, manifeste declarauit.

4 Totum opus pro argumenti suscepti uarietate est in capita distributum. circa principium operis caput est cui titulum inscripsit: *De causa et origine omnium haeresium.* non referam illius uerba satis inquinata et absurda. status causae summaque totius disputationis talis erat: non dubitabat homo impurissimus atque audacissimus disertis uerbis affirmare lectionem sacrarum literarum uulgari lingua causam atque originem esse, unde omnes haereses ueluti ex perenni fonte promanarent. collaudabat insuper regem Hispanicum omnesque Hispaniae populos, quod ab hac lectione non aliter ac praesentaneo ueneno semper abstinuissent. cohortabatur quoque Hispanicos inquisitores, ne ullo modo sacras literas aut extare aut in Hispania legi paterentur. ad confirmandam autem hanc opinionem non solum absurdam, uerum etiam impiam, Deum inmortalem, quam insanas rationes proferebat, quam horribiliter nonnullis scripturae locis abutebatur!

5 Equidem sic eram ea lactione perturbatus, ut uix me continuerim, quin paginas furiosi hominis inter legendum concerperem. sed abieci librum in malam rem, quo dignus erat, et me ad lectionem sacrarum litterarum con-

37 librum de haeresibus] *F. Alphonsi de Castro, Adversus omnes haereses libri XIIII, Coloniae 1543, ubi legitur (lib. I, c. 13, fol. 25):* tertia demum haeresium parens et origo est sacrarum literarum in linguam vulgarem translatio; *et infra:* quapropter laudandum merito venit edictum … Hispaniae regum Ferdinandi … ejusque conjugis Helisabetae, quo sub gravissimis poenis prohibuerunt ne quis sacras literas in linguam vulgarem transferret

37 adessent **P** essent **A** | Alphonsi de Castro liber de haeresibus quid contineat *in marg.* **A** | quae **A** qui **P** || 40 Brugensi *mss.* Burgensi *coni. Campanus I 241 n. 2; attamen Alphonsi de Castro stationem in Flandrica urbe asserit N. Antonius*: porro evocatum ipsum honorifice Brugas Flandrorum ab Hispanis hominibus, qui … magno numero negotiabantur, ut apud se vernacula oratione de rebus sacris e suggestu diceret, Joannes Vasaeus et ipse Brugensis … scribit. hic dum manet adversus haereses conscripsisse … id opus dicitur, quod immortale ei nomen peperit || 45 uero *om.* **P** || 49 lectio Bibliorum lingua uulgari damnata *in marg.* **A**

tuli, donec meus Iudas rediret, cuius mora iam mihi esse incipiebat permolesta; quae ipsa et impia illa quam proposuerat lectio in aliquam me iam tum adducebant suspicionem, quamquam tantum facinus, quantum ipse interea 65 machinabatur, nondum poteram suspicari.

48 Denique post multam horam ingreditur habitationem meus Iudas proditione sua diligenter ordinata. ac primo, ubi culpam morae in preces suas transtulisset, accepit librum Noui Testamenti, quem ego Imperatori tradideram, meque sibi iussit assidere. deinde uultu ad seueritatem composito quasi concionaturus aliquantisper silentium tenuit. ego interim tacitus sedebam 5 serio mecum considerans, hae nostrae ceremoniae quorsum euaderent. tandem meus Iudas silentium rumpens sic coepit concionari:

2 'Conuenimus hunc in locum, Francisce, ubi nos duo soli nunc colloquimur in conspectu Dei atque audientibus his angelis caeterisque sanctis, quos hic circum altaria quasi testes colloquii nostri uides, ut de negocio Noui Te- 10 stamenti, quemadmodum tu putas, inter nos conferamus. ego uero non solum de Nouo Testamento quae ad utilitatem reipublicae et in ecclesia tranquillitatis arbitrabor pertinere dicam, sed quid in uniuersum de tota istorum studiorum ratione iudicem, quam tu piam arbitraris, ego nocentem iudico, paucis uerbis declarabo.' 15

3 Audis nunc, mi praeceptor, inflatum impietate monachum, nihil quam minas ac uenenum spirantem, quod tantisper in pectore occultarat, donec pertractata iam proditione facilius innoxium deciperet et tantorum flagitiorum ignarum in nassam, quam sua ipse proditione fabricauerat, pertraheret.

4 Sed perge audire: 'nam quod attinet ad Hispanicam Noui Testamenti lec- 20 tionem, scito nullas dari posse nec audiendas esse rationes, quae ab istis, quas modo in libro, quem tibi legendum proposui, uidere potuisti, quoquo modo dissentire uideantur. una Noui Testamenti lectio praecipua semper causa inter catholicos habita est, unde omnes in ecclesia haereses extiterunt. una quoque huius lectionis prohibitione, quod uere dicere possum, Hispa- 25 niam nostram ab omni sectarum inquinamento puram atque illibatam semper tenuimus. est igitur, Francisce, factum abs te audacissime, quod contra leges Imperatoris, contra ipsam religionem, contra pietatem patriae, nominatim quoque ciuitatis tuae, quae una sanctissimorum hominum prouentu semper floruit, Noui Testamenti uersionem, rem nimirum uehementer im- 30 piam, sis ausus euulgare. atrox profecto facinus est summi orbis monarchae leges autoritatemque contemnere, infandum religionem uiolare, nepharium

63 permolesta **A** molesta **P**

1 ad rem ipsam denique peruenitur *in marg.* **A** || 8 Petri a Soto sententia uersionem Noui Testamenti damnans *in marg.* **A** | Petri a Soto de labore Francisci sententia *in ras.* **A** || 12 in ecclesia tranquillitatis **A P** ad ecclesiae tranquillitatem *emendauit Campanus*

pietatem patriae debitam praetermittere eiusque puritatem ac dignitatem malo exemplo nouitatis contaminare. haec profecto crimina neque uulgaria 35 sunt neque simplici mortis genere digna uideri possunt.

Porro autem exoriuntur et alia non minus atrocia. audio te fuisse in Germania apud Philippum Melanchthonem eiusque uirtutes ac doctrinam passim solere praedicare: quod unum apud nos extremo dignum supplicio iudicatur. praeterea circumfertur Hispanicus libellus ualde perniciosus, cuius te 40 autorem esse tuaque autoritate euulgatum praedicant. quod si haec uera sunt, quae de te narrantur, multo sane tibi praestabilius fuisset nulla unquam attigisse studia literarum quam hoc ingenium ac eruditionem in fauorem haereticorum catholicaeque sententiae oppugnationem contulisse. res profecto deploranda supraque meam cogitationem miranda uidetur, cum ui- 45 deam te plane iuuenem, cuius studia non fuisse diuturna sciam, in ipso quasi uitae primordio ac studiorum limine tam grauiter impingere tantumque in recentis tuae professionis instituto effecisse, quantum alii longo rerum usu exercitati uix toto uitae curriculo perficere possunt, ut, nisi iste animi impetus, nisi ista ingenii uis, nisi uniuersa denique studia in herba 50 praecidantur, periculum sit ne noxios fructus ad religionis perniciem atque ipsius ecclesiae euersionem uel ante maturitatem proferant. 5

Est mihi sane peracerbum dura uaticinari, cui bene consultum multo antea uoluissem. sed in eo loco positus sum, ea est meae uocationis ratio, ut potiorem esse iudicare debeam uniuersae reipublicae salutem quam ullius 55 priuati hominis dignitatem. nescio equidem an haec tanta, quae tibi iam nunc impendere uidentur, mala aliqua mea uel industria uel diligentia aut omnino auertere aut certe mitigare potero. amo enim te si quisquam alius et, quemadmodum antea meam tibi operam saepe obtuli, ita nunc tantum tibi de meo erga te animo pollicearis uelim, quantum ab homine tui studiosis- 60 simo atque amantissimo expectari posse uideatur. sed tamen, ut ingenue apud te quod sentio confitear, male metuo ne magnum aliquod malum haec tua imprimendi Noui Testamenti audacia tibi sit paritura. scio ego pene omnes principes uiros, qui in gubernatione harum regionum positi sunt, grauissime tibi succensere atque ultionem aliquam non uulgarem de te sumere sta- 65 tuisse, neque id iniuria mea quidem sententia. grauia enim profecto sunt quae tibi obiiciuntur crimina, nec uideo quomodo aut ingruentem poenam arcere aut criminis culpam sine ingenti periculo tuo possis declinare.' 6

49 Audiui equidem incredibili animi dolore concionem monachi, quam

36 conuersatio cum Germanis crimini data *in marg.* **A** ‖ 46 ac **P** et **A** ‖ 52 crocodili lacrymae *in marg.* **A** ‖ 61 confitear **P** fatear **A**

1 periculi magnitudinem sero perpendit Franciscus autor *in marg.* **A** | de lectione Bibliorum *in ras.* **A**

omni fraude, malicia, crudelitate, superstitione atque deplorata impietate plenam esse non obscure perspiciebam. iam tum quoque intelligebam fore mihi difficile, sic ut ego uolebam, ex tantis periculis eluctari, quamquam sceleratas illas insidias, quas monachus impius praestruxerat, nihil tum for- 5 midabam neque minima de eis suspicio mihi in mentem ueniebat. ecquis enim, quaeso, moderato ingenio praeditus tantum facinus in animum ullius hominis cadere posse credat? sed quanto mihi dolori fuerit impiam monachi uoluntatem cognoscere atque eius fraudulentam concionem audire, facilius tu quidem pro insigni tua prudentia poteris aestimare quam ego aut ullis uer- 10 bis describere aut oratione ulla queam delineare.

2 At uero usus moderatione maiore quam tanta impietas monachi postulabat respondi in hanc sententiam: 'uideo sane, reuerende pater, pro amico ac familiari colloquio acrem te insectationem atque inimicam accusationem instituisse, eamque animaduerto tribus potissimum membris uniuersam conti- 15 neri. quam ego animi uoluntatisque tuae mutationem longe diuersam ab ea, quam hactenus operosis uerbis prae te tulisti, si quisquam alius mihi narrasset ac ego non contrariam ex te sententiam meis auribus ipse audiuissem, nunquam sane fuissem crediturus.

3 Graue tibi crimen esse uidetur in lucem aedidisse Nouum Testamentum, 20 grauius fuisse in Germania apud Philippum Melanchthonem, grauissimum edidisse libellum, quem perniciosum uocas, Hispanica lingua, in quo eius, quisquis sit, autor dogmata Christianae religionis labefactare conatur. ad haec igitur crimina respondebo non calumniose, non fraudulenter, sed uere, candide et, ut meus mos est, simpliciter et quidem Attica lege *ἄνευ προοι- 25 μίων καὶ παθῶν*. quod mihi hoc erit difficilius, quo uideam te in contrariam a ueritate sententiam magis inclinatum, pene dixerim etiam confirmatum. sic enim temperasti orationis tuae cursum, ut alienam, non tuam, insectationem proposuisse uideare. rursus sic aliorum iudicium commemoras, ut, cum alienam sententiam referre uideri uis, tuam quoque (fortasse prudens) mani- 30 feste prodas. utcumque uero se res habeat, quamquam iure hac in parte tuum candorem desiderare possem, tamen omissa omni contentione conferam me ad criminum leuationem.

4 Ac primum ego quidem sine magna admiratione ac dolore ex te non audiui, quod modo affirmabas uerissimam esse monachi sententiam, qui lec- 35 tionem sacrarum literarum rem esse generi humano perniciosam in suo libro scripsit, unde omnes prauae opiniones, omnes impietatum fontes orirentur, quam ego uocem indignam homine Christiano iudico.

13 modeste respondet *in marg.* **A** || 20 triplex crimen refellit *in marg.* **A** | tibi crimen **P** crimen tibi **A** | in lucem *om.* **P** || 26 hoc *om.* **P** || 27 dixerim etiam **P** etiam dixerim **A** || 31 se res **P** res se **A** || 32 de uersione Bibliorum *in marg.* **A** || 33 leuationem *scripsi* eleuationem *ms.* dilutionem *add. supra lineam* **A** || 34 quidem *om.* **A**

Ego uero e contrario sic statuo, sacrarum literarum lectionem, hoc est li- 5
40 brum Dei, quem Vetus ac Nouum Testamentum uocamus, rem esse uniuerso generi mortalium admirando aeterni Dei consilio de coelo traditam, omnium maxime salutarem ac necessariam omnibus hominibus, qui ueram de Deo deque rebus sacris notitiam nullis impietatibus, nullis humanis sordibus inquinatam tenere uolunt. in quo uno libro initia, progressiones, fines perfec-
45 tissimi ac demum quasi perennes fontes uerae et incorruptae religionis continentur, unde canales aurei coelestis doctrinae in totum genus humanum promanarunt, sine cuius lectione nullam certam cognitionem de mente illa aeterna architectatrice omnium rerum, nullam de conditione creaturarum, nullam de dignitate ac praestantia recens conditae hominis naturae, cuius in
50 mente sui imaginem insculpsit aeternus conditor, nullam de lapsu primorum parentum, qui deinde in totum genus humanum redundauit, nullam de peccato, de morte, de mille morborum ac miseriarum generibus, quae haerent in hac corrupta natura, nullam de instauratione salutis humanae, quam tradito filio restituere uoluit misericors Pater, nullam de filio Dei unico seruatore
55 nostro, prodeunte de sinu aeterni Patris, qui de sede illa sua arcana prosiliens uenit in hunc mundum, nostram miseriam ac infirmitatem induit, unico atque aeterno suo sacrificio placauit iram Patris, restituit amissam salutem ac tandem deuicta morte, abolito peccato, superatis inferis, in coelum ouans ascendit nosque secum suo sanguine iam mundatos, suo sacrificio re-
60 demptos, aeternum secum uicturos in coelum euexit; demum nullam ueri Dei ac purae religionis notitiam sine lectione huius libri ulla creatura uel discere uel gustare unquam poterit.

Hanc doctrinam nulli unquam philosophorum docuerunt, nec satis scio 6 utrum in ullis libris humanis ullum solidum uestigium huius coelestis sa-
65 pientiae reperiatur. certe ubi sit, ex istis fontibus haurienda est, sine quibus sterilis et coeca est humana cogitatio et sine qua sapientia nulla unquam creatura salutem consequetur. qui hunc diuinum thesaurum nostris hominibus tradidit desiderantibus iam tandem audire, legere et intelligere salutarem illam Christi uocem sua lingua quoque loquentem, neque religionis uio-
70 latorem neque patriae proditorem neque legum humanarum transgressorem uocare debes, qui diuinis et humanis etiam legibus (si ita uis) satis circumspecte obtemperat. haec est uoluntas Dei, ut per omnes plagas mundi euangelii doctrina diffundatur, uox Dei in euangelio clamantis salutemque omnibus hominibus offerentis totum per orbem sonet atque exaudiatur. nec ulla
75 extat Imperatoris lex quae lectionem euangelii prohibuerit. praeclare igitur

39 de Sacra Scriptura uera sententia *in marg.* **A** ‖ **49** hominis **A** humanae **P** ‖ **63** Sacrae Scripturae elogium *in marg.* **A** ‖ **66** sapientia *om.* **P** ‖ **72** uoluntas Dei *in marg.* **A**

de patria, de religione deque tota ecclesia Dei mereri existimandus est is, qui hac diuina luce euangelii, qua hactenus caruit Hispania, multorum hominum mentes, qui in ea regione in densissimis tenebris uiuunt, uoluerit illustrare.

7 Non ignoras, reuerende pater, infinitum esse numerum hominum in Hispania, qui in uniuersum quid sit euangelium, quid sit religio uera, quid adulterina, prorsus ignorant. ut enim uniuersum hominum uulgus omittam, quam multi sunt, qui pastores animarum dicuntur et uideri uolunt, qui ne legere quidem, nedum intelligere Latinos libros possunt, qui aliud omnino nihil quam missam unam balbutire nouerunt. horum infirmitatem subleuare, ouiculis esurientibus ac sitientibus uocem pastoris, quae una certissimum est animae pabulum, opem ferre nonne pium est, nonne laudandum atque etiam optandum est? 80 85

8 Et tamen praeter animarum pastores erunt quoque non pauci, qui huius libri lectione ad inquirendum Deum, ad cognoscendam ueram religionem, ad puram Deoque gratam inuocationem non segniter excitabuntur. his omnibus certe seruire uolui hoc meo labore, cuius abunde magnum praemium reportabo, si uel unicam animam ad Deum conuersam, uera religione instructam nostra opera contingat uidere. Deo patri studia mea probare cupio et aliquam fidelem operam ecclesiae Christi praestare iuxta talentum a Deo nobis concreditum, ut fidus minister de domini sui negociatione ac facultatibus sollicitus esse debet. me profecto neque pudet nunc neque quamdiu uiuam pudebit euangelii, quod potentiam esse Dei agnosco ad salutem omni credenti. testis huius animi mihi est Deus, qui nouit me eo potissimum animo hunc laborem suscepisse, ut aeterna Dei uoluntas nostris hominibus innotesceret eiusque salutaris ac prorsus coelestis uox in nostra quoque regione audiretur ac propagaretur. idem quoque scrutator cordium, cuius in manu sunt omnium regum terrae corda et uoluntates, flectet pro sua clementia animos summorum principum, ut agnoscant tandem, quam utilis ac necessaria sit toti orbi terrarum euangelii doctrina. 90 95 100 105

9 Venio nunc ad secundam criminationem, quam pari cum prima aut certe grauiore supplicio dignam arbitraris. fuisse autem me in Germania aut Philippum Melanchthonem conuenisse nunquam in obscuro tuli, nec uideo quare mihi uitio uertendum sit, quod nunquam prohibitum est et multis alioqui uiris clarissimis, qui hoc ipsum saepe antea multo me frequentius ac diligentius fecerunt, laudi tribuatur. quod si Germaniam perlustrare aut cum uiris doctis conferre crimen est, in huius criminis societatem Imperatorem 110

97–98 me profecto … credenti] *cf. Rom. 1, 16*

76 is *om.* **A** ‖ 80 Hispanorum coecitas *in marg.* **A** ‖ 87 uersionis Noui Testamenti utilitates *in marg.* **A** ‖ 100 scopus interpretis Noui Testamenti *in marg.* **A** ‖ 106 de conuersatione cum Germanis et Philippo *in marg.* **A** ‖ 109 uertendum **P** dandum **A**

ipsum, plurimos quoque principes uiros doctrina et pietate praestantes prius uenire oportere, qui non semel in Germania fuerunt et cum Philippo Me-
115 lanchthone, Luthero caeterisque Germaniae doctoribus saepe et multum colloquuti sunt et cum eis familiarissime de rebus maximis contulerunt.

Iam uero quod ad tertium crimen attinet, de libello, quem tu perniciosum 10 uocas et a me in lucem aeditum putas, ut mihi non plane constat de quo libello loquaris, ita uere affirmare possum nihil unquam a me praeter Nouum
120 Testamentum in lucem aeditum esse.'

Dum haec loquor, Prior eiusdem coenobii Dominicanorum ingreditur **50** forte eam habitationem, ubi nostra erat instituta dissertatio. quem ego monachum neque uideram unquam neque quid hominis esset sciebam, sed cuius oculi truces, distortum os, truculenta facies satis aperte maliciam in
5 animo latentem denunciabant et hominem esse peruersum testabantur. is ad me conuersus deponit cucullum honorifice et nunciat famulum nostrum domesticum inferius esse, qui me ad coenam ueniret uocatum.

Haec erat illa proditionis uox et peracti facinoris significatio, quae omnia 2 in promptu iam esse ad proditionem perpetrandam subindicabat, quam fa-
10 cile intellexit meus monachus. ego ne suspicari quidem potui, eoque satis placide respondi uiam esse mihi probe notam eamque sine famulo duce non difficulter inuenire posse ac proinde eum iuberet domum redire. sic legatus ille regreditur.

Tum uero meus Iudas interrumpit orationem et omnis illi mora tarda ui- 3
15 debatur, quae me diutius apud se remoraretur. 'at ego', inquam, 'reuerende pater, de praecipuo negocio nostro, quod in primis curatum oportuit, aut perpusillum hoc tempore actum aut certe nihildum uideo esse constitutum. Caesarea Maiestas tibi ut noster liber traderetur iussit, non sane ut nouae turbae minimeque necessariae excitarentur, sed ut eum examinares et de
20 uersione ipsa, utrum fidelis, uera et incorrupta esset an uero deprauata, iudicium ferres. quare omissis aliis contentiosis quaestionibus te maiorem in modum oro, ut intra limites officii tui te contineas et de uersione ipsa tantummodo sententiam dicas, deque ea ipsa iam nunc abs te rogo, utrum lapsum aliquem in toto opere inuenisti, quod Episcopo Iaënensi subindicasse
25 uideris.'

Tum ille: 'et pulchre sane meum officium hactenus fecisse uideor neque 4 posthac interquiescam, donec perfectum quod incoepi uidere possim. caeterum, quod ad uersionem attinet, quoniam iudicium meum postulas, dicam

114 cum *om.* **A** || 115 colloquuti **P** loquuti **A** || 117 de libro Hispanico *in marg.* **A** || 118 libello *om.* **P**

1 prior coenobii proditionis apparatae nuncius *in marg.* **A** || 15 censuram de libro urget interpres *in marg.* **A** || 17 hoc tempore *om.* **A** | esse *om.* **P** || 28 Petri a Soto de uersione sententia *in marg.* **A**

quod sentio: et quamquam multis ac magnis negociis hactenus impeditus uniuersum opus nondum perlustrare licuit, eam tamen partem quam ego uidi (inspexi autem praecipuos locos) non possum non approbare ac totum profecto laborem tuum magna laude dignum iudicarem, si modo in alio argumento magis plausibili iste fuisset insumptus labor. sed quando serius esse nunc uides quam ut certi aliquid de toto negocio hac nocte constitui posset, nunc te dimittam, si uidetur, die crastino (si fuerit integrum) ad me reuersurum.'

5 Haec ab ipso non sine ingenti malicia dicebantur. ego uero, ne nimis importunus uiderer, precatus felicem noctem ualedixi monacho. deducebar a famulo in coenobii locum inferiorem ac inter eundum animaduerti totum coenobium perturbatum: uidebam magnam monachorum turbam sursum deorsum cursitantium, nescio quid inter se quoque susurrantium, quo signo percussus animus ingens aliquod malum inminere coepit cogitare.

51 Vixdum in aream inferiorem perueneram, cum uir quidam mihi obuiam uenit, quem ego sane antea nunquam uideram, sed qui speciem honesti hominis prae se ferebat. is rogat utrum mihi esset nomen Francisco. 'est', inquam, 'si quid uelis.' 'habeo', inquit, 'quod tibi loquar.' 'ubi uis, sum paratus.' dum haec dico, peruenimus ad ianuam coenobii, quae in plateam deducebat, quo in loco numerosa satellitum armatorum turba in me uno quasi impetu ruunt. tum ille qui primus loquutus erat 'tu' inquit 'es captus'.

2 Ego uero, etsi inusitato illo ac truculento nebulonum conspectu, qui hastis, gladiis ac multiplici armorum genere instructi capiti meo inminebant, non nihil sum perturbatus, tamen praesenti animo respondi minime opus fuisse tantam carnificum manum aduersus hominem imbecillem adducere, quae alioqui contra facinorosos latrones erat comparanda: eam uero esse huius animi integritatem et recte factorum conscientiam, quae non dubitaret coram summis iudicibus, coram ipso Imperatore, coram omnibus principibus terrae causam dicere; quare, cum nullius criminis mihi conscius essem, paratum esse me non ad carcerem aut exilia, sed etiam ad ignem ipsum aut quocumque alio deducere uellet intrepide properare.

3 'Non procul' inquit 'deducam te planeque repugnante me coactus sum facere, quod nec ad officium meum pertinebat, et, si ulla ratione uitare potuissem, nullo modo huius rei curam suscepissem. sed dominus de Granduella inuitum huc perpulit et quidem ex praescripto Imperatoris se hoc iubere

32 profecto *ante* laude *transp.* **A** || 35 ad me *om.* **P** || 37 colloquium finitum *in marg.* **A** || 42 malum *om.* **P** *nec uertit* **H**

7 primus **P** prius **A** || 8 autor capitur *in marg.* **A** | Franciscus capitur *in ras.* **A** || 15 criminis mihi **P** mihi criminis **A** || 18 humanitas eius qui in carcerem Franciscum duxit *in marg.* **A**

praedicabat.' interea ad carcerem ciuitatis peruenimus. 'atqui in hoc loco' inquit 'manebis, donec aliud ab iis in causa tua constituatur, qui mihi ut te huc adducerem autores fuerunt.'

25 Tum ad hospitem conuersus praescripsit ut honeste ac diligenter tractaret, 4 meque bono animo esse iussit et suam operam in omni re, quae uel ad liberationem uel incolumitatem nostram pertineret, candide sane ac peramanter obtulit. ego abeunti dedi literas ad Archiepiscopum Valentinum, qui tum in ea urbe erat, quibus inopinatum casum nunciaui et simul oraui ut postridie 30 nostris Antuerpiensibus curaret significari.

Quo interim animo me fuisse credis in carcere? certe primis quatuor aut **52** quinque diebus sic affectus fui, ut nullis literis, nullis uerbis possim indicare. perspiciebam ingentia atque innumera pericula, quorum ipsa mors uel minimum mihi uidebatur. eadem nocte, quae prima fuit maximorum malorum, 5 hoc est decimo tertio die Decembris anni 1543, tam alte tamque serio rem uniuersam in omnes partes uoluebam, ut ea pericula, quae uentura uidebantur, non secus quam si omnia coram praeuidissem intensa cogitatione fuerim consequutus. sed ad ea omnia perferenda, quae maxima profecto erant, habebam animum minus fractum magisque robustum et constantem (quod 10 summum Dei beneficium interpretor) quam magnitudo periculorum postulabat. unam illam peruersi monachi proditionem nullo modo poteram deuorare. si aperto Marte mecum egisset, si a principio se hostem manifestum professus fuisset ac non potius tam scelerata proditionis nota luce clarius patefecisset nisi ab ipso Diabolo, cuius ipse organum est et cuius agitur spiritu, 15 tantum facinus inueniri non potuisse, quamquam erat adhuc idonea ratio, quare hostis ecclesiae Christi, qui salutarem doctrinam de coelo traditam ferro et igne sibi persequendam statuat publicitus, e coetu Christianorum expelleretur, nequaquam tamen ego propter iniuriam priuatam tantopere illi potuissem succensere.

20 Istis atque aliis cogitationibus quatuor primas horas transegi, uidelicet ab 2 hora sexta usque ad decimam, quo tempore quieti se captiui tradere soliti erant. tum ego, quoniam seiunctus a reliqua turba esse cupiebam, deducor in habitationem superiorem a quodam uiro, qui in illis aedibus quasi minister uideri poterat. cum ibi essem solus cum solo, sic ille orsus est loqui: 'esto, 25 quaeso, bono animo, mi frater, noli te tam inmoderato dolore conficere. quantum enim coniectura assequi possum, magnum quiddam esse oportet quod te urget ac tristissimis notis pene cogit latentem animi dolorem prodere. nec ego quemquam eorum, qui hunc in locum deducuntur, tristes alio-

22 loco inquit **P** inquit loco **A** || 29 postridie *om.* **P** *nec uertit* **H**
1 Francisci in carcere maeror et anxietas *in marg.* **A** || 4 Aegidius in carcere Franciscum consolatur *in marg.* **A**

qui et moerentes, uidi qui tantis curis affectus, tanto luctu cruciatus uideretur ac te ipsum nunc uideo. cogita, quaeso, mi frater, hanc esse uoluntatem 30 aeterni patris, qui curam habet diligentem filiorum suorum eosque gubernat multo aliter quam illi opinantur; quam profecto uoluntatem tu, si uerus filius haberi uis, nullis tuis lachrymis, nullo luctu, nullo eiulatu neque potes neque debes auertere.

3 Expue igitur istam miseriam ex animo atque in eius loco hanc sententiam 35 fixam teneto, nullum esse magnum malum neque homini forti, multo minus Christiano, magnopere extimescendum praeter culpam, qua ego te carere arbitror. neque enim, ut a quibusdam concaptiuis inferius accepi, qui te tuosque nouerunt, aut eo loco natus es aut in his artibus uitam egisti, ut uerisimile uideatur insigni te aliquo flagitio esse contaminatum. quin et aetas ipsa 40 et moderatio, lineamenta oris totusque corporis habitus innocentiam nescio 4 quam prae se ferunt neque ullum de te crimen pollicentur. quod si iuuenili aliquo lapsu istam tibi poenam conciliasti, cogita tecum aequissimam illam aeterni numinis iusticiam, sed multo magis admirandam misericordiam, qui leui ac momentaneo aliquo supplicio in hoc mundo nostra scelera punire 45 uult, ut sempiterno gaudio post hanc miseriam suae gloriae participes atque haeredes uitae aeternae nos faciat, modo coelesti ipsius promissioni, quae in sacrosancto eius uerbo continetur, toto pectore credamus. si uero innoxius pateris, tunc serio tibi in Domino gloriandum et laetandum est atque existimare debes gloriosa tibi haec uincula esse in conspectu Dei et cum multis 50 uiris sanctissimis, qui innocenter hoc tempore patiuntur, communia.

5 Facessat igitur inutilis luctus, facessat inanis trepidatio. an ignoras Deum praesentem etiam nobis captiuis adesse, nostra curare, nos ipsos intueri atque etiam huic nostro colloquio nunc interesse? nescis capillos capitis nostri apud Deum in numerato esse nec unum a nobis inferri posse sine uoluntate 55 patris? quid ergo formidas hominum minas?

6 Quin potius animum tuum hac tanta sollicitudine libera, ut serenus tandem ac tranquillus ad inuocandum Deum, ad tua negocia prudentius ac diligentius curanda magis excitetur. depone, si uidetur, quicquid habes curae in sinum meum. nam, etsi nunc me uides abiectum hominem, non minus 60 quam te captiuum, qui aliena ope ipse quoque indigeam, tamen scio me Deo curae esse, in quo uno meam spem uniuersam reposui et precibus, consolatione ac sedulitate perpetuam tibi fidem ac ministerium praestabo.'

49 in Domino gloriandum] *cf. 2 Cor. 10,17* || 54–56 capillos ... patris] *cf. Matth. 10,3*

32 fiat uoluntas Domini *in marg.* **A** || 33 uis **A** uoles **P** || 35 culpa uacare maximum solatium *in marg.* **A** *(cf. Janum Gruterum, Florilegii Magni seu Polyanthea ..., Argentorati 1624, II 2, 728)* | istam miseriam **P** miseriam istam **A** || 42 consolationes efficacissimae *in marg.* **A** || 62 curae esse **P** esse curae **A**

53 Ego uero attentus omnia haec audiui, ac primo sum admiratus hominis eloquentiam, quae admirabili suauitate fundebat orationem, ut Nestora quemdam loquentem aut oratorem alium Nestore suauiorem et grauiorem te audire putares, e cuius ore melle dulcior fluebat oratio. sed multo magis mi-
5 rabar incredibilem pietatem et uere Christianam dilectionem, quam totus illius sermo undique spirabat. ac profecto tanta illa uerborum suauitate recreatus ipsi gratias egi pro amabili colloquio, quo me aliquanto firmiorem ac robustiorem factum agnoscebam. narro praeterea, quod ille a me postulabat, monachi nostri technas et quam ob causam, quibus instructis fraudibus cir-
10 cumuentum me ad illum locum deduci curauerit.

2 Tum ille ingenti quodam affectu commotus accurrit ad me mediumque denuo complectitur, 'iam' inquiens 'te uerum fratrem agnosco, iam uere animaduerto propter eamdem euangelii causam te esse comprehensum, propter quam eadem haec uincula et ego octo iam mensibus pertuli et multi alioqui
15 uiri clarissimi nobiscum et in hoc carcere et multo aliis tetrioribus locis cruciantur. sit uero Deo patri nostro perpetua laus, sit illi sempiterna gloria, quod, antequam ex hac uita migro, hisce oculis uidere contigit quod prae omnibus thesauris mundi semper optaui. 3 nam cum ingenia uestrorum hominum nouerim, peracuta illa quidem, sed in recipienda ueritatis cognitione
20 iuxta praescriptum Dei abiiciendisque hominum commentis, quorum illi tenaces sunt obseruatores, constanter aduersa, uix humano iudicio sperandum fore uidebatur, ut in tanta coecitate hominum, in tanta persecutione ueritatis quisquam exoriretur, qui hoc praeclarum et salutare opus uel posset uel auderet praestare. sed uideo te admirabili Dei consilio diuinitus excitatum
25 esse, ut thesauros coelestis doctrinae uestris hominibus traderes, quod tam multis retroactis seculis neminem fecisse uidemus.

4 Ac ille nimirum est peculiaris ac ueluti proprius uerbi Dei genius, mi frater, qui nunquam in lucem atque hominum conspectum erumpit, quin fulgura et tonitrua subsequantur. cum Deus aeternus populo suo loquuturus es-
30 set, conturbabantur coeli, miscebantur elementa, fumabant montes, tremebant ualles, totus denique populus Dei horribiliter extimescebat nec ferre poterat uocem Dei loquentis, imo etiam auersantes Deum ad humana praesidia confugiebant, Moysem interpellabant "loquere" inquientes "tu nobis, ne loquatur amplius nobis Dominus, ne forte moriamur."

4 melle dulcior fluebat oratio] *Hom. Il. 1, 249 apud Cic. Cato M. 31* || 33–34 loquere … moriamur] *Exod. 20, 19*

1 consolationis in animo Francisci effectus *in marg.* **A** || 2 Nestora *ms.* Nestorem *Campanus* || 6 uerborum suauitate **P** suauitate uerborum **A** || 10 illum **P** eum **A** | deduci **P** adduci **A** || 11 Aegidius cum aliis ob fidem captiuus *in marg.* **A** || 15 locis *om.* **P** || 21 Hispanorum ingenia *in marg.* **A** || 22 fore *om.* **P** || 27 proprius *om.* **P** || 28 lucem uerbi comitantur fulgura *in marg.* **A** || 33 confugiebant **A** defugiebant **P**

5 Quin et ipse Christus seruator noster diserte testatur hoc, se in mundum 35
uenisse, ut dissidium inter filios et parentes, inter uxores et maritos seminaret et gladium atque ignem totum per orbem effunderet. haec est illa discors concordia, quae tranquillitatem conscientiae, pacem apud Deum, inter homines uero hostiles inimicitias parit. quare minime existimare debes, mi frater, rem leuem esse ac ex hominum iudicio aestimandam coelestis doctrinae 40
professionem. magnum opus profecto atque arduum et periculi plenum mihi uideris aggressus, mi frater, sed cuius repositum tibi erit in coelis praemium amplissimum, si cursum ac metam uocationis tuae, quam prorsus diuinam putare debes, constanter ac fideliter pertinges.

6 Esto igitur robustus, confortare in Domino, mi frater, neque de potentia 45
aut bonitate Dei ulla ratione dubitare debes. liberabit te benignus ille pater ex tantis angustiis, cum maxime opportunum illi uidebitur, qui stupendo consilio suo longe ab humana ratione diuersissimo et gloriam suam hoc modo illustratam ac propagatam esse uult inter homines et electos suos tuamque fidem uelut aurum in igne cupit explorare. noli ergo respicere a 50
tergo. constanter eam insiste uiam, qua te a Domino uocatum uides. at uero sentio domesticos et concaptiuos nostros ascendere, quorum plerique doctrinam sacram fastidiunt. quiesce igitur suauiter hac nocte, fortunate frater, et pulsis ex animo tuo humanis cogitationibus uniuersam tuam spem in Deo uiuo collocato.' 55

54 Ego uero, etsi me non mediocriter recreauit illius oratio, tamen infinitas cogitationes, quae me grauissime urgebant, nondum poteram ex animo meo delere. etenim, utcumque omnia pericula ueritate mitiora cogitarem, instare mihi praesentissimum uitae discrimen non obscure praeuidebam. totam eam noctem in magno dolore magnaque perturbatione transegi et, cum omnia 5
quae mihi tum occurrebant in uarias omnino formas cogitando uerterem, sic tandem mecum statuebam: si in disputationem theologicam res deduceretur, nullo unquam humano praesidio aut consilio me posse liberari. nam cum agitur de gloria Dei, de confessione Christianae fidei, nullum affectibus humanis locum arbitrabar esse relinquendum ei, qui aeternam Dei ueritatem 10
semel agnitam et susceptam usque ad extremum halitum propugnare deberet et horribilem illam supremi iudicis sententiam uereretur. rursus innatus mi-

35–37 se in mundum … effunderet] *cf. Matth. 10,34–35* || 37–38 discors concordia] *Ov. Met. 1, 433*

36 dissidium *pro* discidium *exstat in mss.; uid. Lewis et Short s. u.* || 39 merces copiosa in coelis *in marg.* **A**
1 curarum aestus recurrit *in marg.* **A** || 3 mitiora **P** minora *post corr.* **A** || 7 *post* statuebam *add.* fore uidelicet ut **A**

serae naturae nostrae stimulus carnis conspecta periculi magnitudine acriter ad defectionem sollicitabat.

15 In hac periculosa lucta carnis et spiritus exoriebatur inter mentem et uoluntatem cruenta et periculosa pugna, quae ueris colaphis Satanae pectus atque animum uulnerabat. certe nulla mors, nulla carnificina, nullum tormentum tam acerbe unquam aut corpus aut animum uel robustissimi hominis potuisset exercere. sed Deo sint gratiae, qui post diuturnum illum conflictum 20 dedit uictoriam et sic meum animum spiritus coelestis robore confirmauit, ut in causa Dei, cuius esse meam non dubitabam, pulchrum mihi et gloriosum mortem oppetere putarim. tum uero incredibili efficacia gratiae diuinae confirmatus statui apud me prorsus integram atque illibatam conseruandam esse gloriam Dei, qualiacumque tandem essent futura pericula humana: in- 25 terim tamen, si quid citra pietatis iacturam ad tuendam uitam seu incolumitatem meam industria humana fieri posset, non esse omnino negligendum. 2

Postridie itaque summo mane accersiui ad me praefectum domus Episcopi Iaënensis, qui me primo ad monachum deduxerat. is cum intellexit quod a monacho factum erat, obstupuit seque curaturum, quod omnino ad liberatio- 30 nem meam pertineret, una cum Episcopo recepit. interim ei tradidi literas, quas eodem die misit Antuerpiam, quae nostris meam captiuitatem significabant. ego interim maneo expectans, si quid boni nuncii uel ab Episcopo uel a nostris Antuerpiensibus adferetur. in hac expectatione tres continui dies consumuntur, quibus ego ingentes dolores et non credendos animi cru- 35 ciatus persentiebam. 3

55 Interea temporis cum hominibus, qui nobiscum eodem in loco tenebantur captiui, nonnunquam conferebam, inter quos erat grauis quidam et honestus uir, quantumque ex illius sermone deprehendere potui, insigni pietate praeditus. ab eo potissimum cognoscere uolui, quidnam esset hominis qui supe- 5 riore nocte tam suauiter fuerat apud me concionatus.

Tum ille: 'multis profecto nominibus gaudere debes te in hunc locum adductum esse quamuis molestum, et qui ereptae libertatis cogitatione praeter alia pericula et incommoditates ingentes animi cruciatus parit, primum ut istis gloriosis uinculis illustretur per te maiestas aeterni numinis, deinde ut 10 hunc uirum Dei agnosceres, cuius similem in Brabantia tota non credam posse reperiri. eius tibi uitam et mores paucis describam. 2

Natus est Aegidius noster (sic enim uocatur) in hac celebri urbe Bruxellensi neque re admodum lauta neque familia illustri, sed qui uirtute sua 3

13 naturae nostrae **A** nostrae naturae **P** | spiritus et carnis lucta *in marg.* **A** || 19 uictoria in lucta spirituali *in marg.* **A** || 23 apud me prorsus **P** prorsus apud me **A** || 24 media non aspernanda *in marg.* **A** || 30 una *om.* **P** || 31 significabant **P** significarunt **A**
1 colloquia cum captiuis *in marg.* **A** || 12 Aegidii uitae narratio *in marg.* **A**

apud omnes homines qui eum nouerunt, etiam hostes purioris doctrinae, exceptis paucis deplorati pudoris, incredibilem est gratiam dignitatemque con- 15 sequutus. et quid, quaeso, non consequeretur homo sanctus, qui totum uitae suae cursum inculpatissime transegit, ne muscam quidem laesit unquam, innumeris pene hominibus profuit saepissime?

4 Vixit annos circiter 33, quo integro tempore uix credo extitisse quemquam, qui de Aegidio questus sit aut se ab eo iniuria affectum esse quoquo 20 modo praedicaret. omnibus arridebat, omnibus de suo iure remittebat, ut charitatem et concordiam Christiano homine dignam in hac uitae societate tueretur. quid multis? diceres Aegidium ad utilitatem publicam omnium hominum, non sibi priuatim natum, quod facile testatur ille uultus angelicus, amabilissimi mores et plena Christianae pietatis officia, quibus ille captiuis 25 omnibus ministrat, ut sanctam illam coeloque dignam animam, quae castum ac purum sanctissimi pectoris tabernaculum inhabitat, non obscure recognoscas. sed haec illustris naturae uis alioqui perpetua, quae a primis annis una cum aetate in eo creuit, incredibile dictu est quantum incrementum acceperit ante annos fere uiginti, cum et ille iudicio magis ualeret et coelestem 30 illam sapientiam ex fontibus sacrarum literarum haustam coepit degustare. quomodo autem ab eo tempore uitam instituerit, quoniam mihi plane compertum est et tibi gratum fore non dubito, libenter significabo.

5 Exercebat opificium manuarium conficiendi cultros, ut ocium fugeret et proprio suo labore res ad uitam tuendam necessarias sibi pararet. negabat 35 enim honeste quemquam uitae cursum traducere posse, qui in ocio deliciose uiueret aut alieno labore partis intemperanter abuteretur. minimam temporis portionem opificio suo tribuebat, maximam inuisendo aegrotos, fouendo miseros, conciliando inter ciues gratiam, quam aliqua discordiarum nubecula obscurarat, consumebat. in tanta uero negociorum occupatione, quae reipu- 40 blicae utilitatis causa suscipiebat, uix ut officio suo uel horas pauculas singulis diebus uacare posset, dici non potest quam benigne, quam ubere prouentu coelestis pater sancti hominis labores foecundabat. quicquid autem suo labore parare poterat, quod certe parum non erat, id totum in usum pauperum reponebat, ipse tenuissime uictitabat ac pene nihil consumebat. his 45 artibus conciliauit sibi gratiam populi. omnes boni ipsius colloquium expetebant, omnes ad se uocabant, omnes denique suarum facultatum ac uoluntatum Aegidium dominum faciebant. saepe etiam munera donabant, sed quorum pleraque repudiaret, nonnunquam etiam aliquid acciperet, non sibi, sed

21 arridebat *ms.* assidebat *corrigendum fortasse* || **27** recognoscas **P** cognoscas **A** || **28** haec illustris … uis … perpetua **A** hanc illustrem … uim … perpetuam **P** || **34** opificium Aegidii, exercitia pietatis, eleemosynae *in marg.* **A** || **35** tuendam *om.* **P** || **41** utilitatis *om.* **P** || **46** sibi *om.* **P** | ciuium beneuolentia, liberalitas benigna *in marg.* **A**

ut eo praesidio inopiam alicuius miseri hominis subleuaret. hac tanta ciuium beneuolentia et suis, quas habebat, facultatibus nullam ad rem suam priuatam utebatur, omnia in communem utilitatem conferebat.

Habebat in hac urbe priuatum pistorem, priuatum artificem calceorum, priuatum sartorem, priuatum pharmacopolam. ab illo panem accipiebat, ut quotidie suppeditaret pauperibus, ab alio calceos, quos inter miseros distribueret; alterius opera in uestibus conficiendis utebatur, quibus tenues homines in hyeme tegerentur; ab hoc accipiebat pharmaca, ut curarentur aegroti. operam quoque medicorum proprio sumptu pensabat. quorum omnium rationes in tantum singulis annis creuisse uidebat, ut uix quadringentis florenis posset creditoribus satisfacere, quod ille de suo soluebat et, si quando ad implendam summam aliquid interdum desiderabatur, aut libenter condonabant ipsi creditores aut facile ab opulentis ac piis hominibus quantum uolebat habere poterat. audis uitae integritatem.

Quid ego nunc dicam de animi pietate, de puritate doctrinae, qua ille in primis excellit estque maxime suspiciendus? prima semper ipsi fuit coelestis doctrinae cura, qua in exercitatione et sacrarum literarum lectione et meditatione profunda et perpetua ardentique ad Deum inuocatione tantum profecerat tantumque hac suauitate et contemplatione diuinae sapientiae afficiebatur, ut non raro ab amicis inter orandum uisus sit extra se raptus: tam ardenter in precatione uires animi intendebat.

Literarum tantum tenet, quantum ipsi sufficiat, ut libros impressos piae doctrinae legere et intelligere possit. aliarum scientiarum cognitione non est instructus, imo ne scribere quidem potest neque perturbate scripta distincte legere. iudicio est peracuto, studio et labore plurimum ualet. legit praestantissimos quosque libros salutaris doctrinae, praecipue uero sacrarum literarum lectione et cognitione supra quam credi potest facile excellit. de articulis Christianae religionis disserentem audire summa profecto mihi foelicitas esse uidetur. quantum uero in sacra doctrina, quantum eloquentia, quantum suauitate disserendi polleat, quam multis atque admirandis Dei donis sit cumulatus, tu ipse heri uesperi expertus es et, si diutius in hoc loco agere contingat, multo luculentius experieris. miraris, opinor, quî fiat quod tanta uirtus, tam rarum Dei donum, tam praeciosum margaritum in his tenebris sepultum uiuat, qui certatim bonorum officiis erat ornandus et insigni laudum praeconio extollendus. sed mirari profecto desines, si tuam quoque sortem intueare, quam illi tecum et cum omnibus etiam piis qui Christum profi-

58 medicorum **P** medici **A** ‖ 59 quadringentis **P** quadragenis **A** *cum adnotatione in marg.* XL uel CD*?* ‖ 64 pietas doctrina *in marg.* **A** ‖ 76 potest facile **P** facile queat **A** ‖ 77–78 foelicitas esse **P** esse foelicitas **A** ‖ 81 causa captiuitatis Aegidii *in marg.* **A** ‖ 84 extollendus **P** celebrandus **A**

tentur communem esse uidemus. caeterum ne hoc ipsum a me desideres, causam quare hic teneatur captiuus paucis expediam.

56 Cum ante annos fere duos seminaria quaedam famis ac pestis in hac regione grassarentur, Aegidius noster, qui ab ineunte aetate reliquos suos ciues, imo etiam alios, quos nouimus, in tota regione et liberalitate in egenos et uitae integritate et pietate doctrinae superasset, in illis angustiis reipublicae, in multis grauissimorum hominum perturbationibus incredibili magni- 5 tudine animi et constantia se ipsum uicit.

2 Rerum suarum auctionem fecit, ex quibus non contemnendam pecuniae summam conflauit. nullus erat dies quin publica ciuitatis loca inuiseret, ubi pauperes aegroti curantur, laborantibus res omnes necessarias subministraret ac suis propriis manibus inseruiret. inuisebat publica diuersoria, peregrinos, 10 pauperes, praesertim eos, qui aliquo morbo laborabant, ad se recipiebat, domi suae alebat, fouebat, ministrabat, donec tandem Dei beneficio recuperata sanitate uel ad laborem ipsi conuerterentur uel, si aliquo profecturi erant, non nisi uiatico instructos dimittebat. semel ad foeminam quamdam uocatus de partus dolore laborantem, cum uideret aedibus magnam rerum 15 inopiam nec esse in tota domo nisi unicum lectum, in quo paritura cum quinque prolibus cubaret, reuersus domum unum lectum, quem sibi tantum domi reliquum fecerat, ad foeminam parturientem misit ac ipse deinceps in stramine iacuit.

3 Neque corporum modo, sed etiam animarum medicum agebat. instituebat 20 morituros in doctrina Christi, admirabili orationis efficacia docebat non esse fidendum operibus, una misericordia Dei, quae fide in Christum apprehenditur, seruari nos oportere: tantam fuisse peccati magnitudinem, ut nulla nisi uictima filii Dei potuerit aeterni patris ira placari, tantam rursus tamque ineffabilem Dei misericordiam erga genus humanum, ut filium suum aeter- 25 num ex arcana sua sede in hunc mundum miserit, cuius sanguine totius generis humani peccata emundarentur, cuius sacrificio unico et aeterno gratiam patris nobis conciliaret ac regni coelestis haeredes rursus efficeret. summa denique grauitate de miseria naturae humanae, de magnitudine peccati, de misericordia Dei, de iusticia fidei, de uita aeterna concionabatur. 30

4 Tantumque suis concionibus proficit, ut non pauci reiectis pharisaicis opinionibus fiduciaque propriae dignitatis, Christi seruatoris nostri doctrinam

86 esse *om.* **P** || 87 captiuus paucis *om.* **P**

2–3 suos ciues **P** ciues suos **A** || 4 uitae integritate **P** integritate uitae **A** || 7 opera misericordiae *in marg.* **A** || 12 Dei beneficio **P** beneficio Dei **A** || 14 memorabile beneficentiae exemplum *in marg.* **A** || 15 partus *om.* **P** || 16 unicum **A** unum **P** || 17 quinque *om.* **A** | prolib(us) **P** liberis *post corr.* **A** || 20 uisitatio aegrotorum et morientium *in marg.* **A** | Aegidius doctoris munus apud morituros obit *in ras.* **A** || 23 *post* nulla *suprascr.* re **A**

amplexi, foeliciter ad coelestem patriam in Domino commigrarint. alii tantam ueritatis lucem huius uiri adhortationibus sunt consequuti, ut ea ipsa,
35 quae ab eo audiuerant, in alias quoque ciuitates diffundentes magnum atque illustrem salutaris doctrinae usum in tota regione confirmarint. itaque non inmerito ab hoc Aegidio nostro propagatam in Brabantia uerae pietatis formam suaeque puritati restitutam religionis doctrinam praedicabimus.

At uero ut praeclara huius uiri opera neque pauca neque obscura fuerunt, 5
40 sicut non desunt unquam peruersi quadruplatores, qui excellentem uirtutem insectentur, ita nec Aegidio nostro defuít impurissimus nebulo, pastor in hac urbe eius templi quod uulgo Capella dicitur, qui hominem innocentissimum deque republica optime meritum apud Procuratorem Generalem traduceret. quod si fraudes, impietates ac horribilia et publica flagitia istius abominandi
45 pastoris (quem uerius lupum aut sentinam aliquam malorum dicas) narrare uellem, non minorem mihi profecto operam ponendam putarem quam in Aegidii nostri laudibus describendis. sed ualeat quo meretur portentum inquinatissimum, quem ego indignum existimo ut a probo ullo uiro nominetur. iste, inquam, homo peruersus coepit in eum publice et priuatim clamitare
50 cum apud Procuratorem Generalem, tum etiam pro concione in templo, iurare atque obstestari per coelum et terram, nisi homo ille de medio tolleretur, fore ut intra breuissimum tempus totam regionem in suam sententiam pertraheret.

Itaque cum ante annum fere instaret persecutio illa, quam Louanii te ui- 6
55 disse arbitror, iste omnium primus in hac ciuitate captus est. tanta aequanimitate, tanta moderatione uidemus eum ferre praesentem fortunam, ut totis octo mensibus, quos hic fuit, nemo ab eo uocem unam nisi pietatis plenissimam audiuerit. solus ille gubernat tantam familiam (ut uidebis), solus ministrat captiuos, solus consolatur morituros, ut credam eum non sine magno
60 aliquo numine in hunc locum a Deo missum esse, ut pietatem ac moderationem eos doceat qui non raro huc adducuntur.'

Dum haec loquitur, interueniens idem Aegidius in medio sermone disse- 7 rentem interpellauit. salutat blandissime non sine amabili ac felici precatione. ego ab eo multa percontatus facile animaduertere potui hominem esse
65 singulari pietate praeditum. quod si uniuersa eiús facta aut dicta, quae profecto memoria dignissima sunt, recensere uellem, longum ac perdifficile opus texendum susciperem.

33 commigrarint **A** commigrarunt **P** || 39 pietas obtrectationi obnoxia *in marg.* **A** | praeclara **A** praeclari **P** || 41 defuit **A** non defuit **P** || 46 mihi *ante* ponendam *transp.* **A** || 47 ualeat **P** abeat *post corr.* **A** || 48 ego *om.* **A** || 51 nisi *scripsi* ut nisi *ms.* || 54 Aegidius captus Francisco omnia pietatis officia praestat, bis diebus singulis concionatur *in marg.* **A** || 65 eius **P** illius **A**

8 Quoties opportunitatem loci aut temporis inuenire poterat, semper apud me concionabatur; nam cum alio nemine tam libenter suas cogitationes communicabat. illae nimirum erant duae certissimae conciones, uesperi al- 70 tera cum irem cubitum (nam is me deducebat), altera mane cum nondum surrexissem. etenim summo diluculo ueniebat ad lectum meum ibique grauissime ad constantiam et fortitudinem, ad defensionem ueritatis semel susceptae, ad confessionem Christianae fidei saepe et multum cohortabatur. adiungebat quoque insignem aliquam doctrinam et similitudinem uel ex sa- 75 cris literis uel ex communi hominum uita depromptam.

9 Atque in his potissimum locis eius conciones uersabantur. quoties autem ego eum audiebam tanta magnitudine animi, tanta suauitate ac uere solida eruditione disserentem, Deum inmortalem, quo studio incendebar! quanta auiditate supplicium adire cupiebam! quanto desiderio confirmandi san- 80 guine meo puritatem doctrinae coelestis flagrabam! uere affirmare possum multo fuisse me ad mortem paratiorem, cum ille apud me ageret, cum eum concionantem audirem, quam cum ego priuatis cogitationibus dolore ac miseria contabescerem.

57 Denique, ut ad me ipsum tandem reuertar, fui toto triduo in carcere, nec interea temporis ullum bonum aut malum nuncium a quoquam mortalium accepi. Deus bone, quam multi pauores, quam graues perturbationes meum animum sine intermissione sollicitabant! nulla erat consolatio, nulla quies praeter Aegidii colloquium. quarto demum die post prandium miserunt suos 5 legatos ad nos quidam a consilio Imperatoris, qui ipsi paulo post ad me uenturi dicebantur, ut in causa mea nescio quam facerent inquisitionem.

2 Ibi demum sensi horribiles pauores conscientiae, terrores mortis et plane inexplicabiles spiritus et carnis conflictus. existimabam enim fore ut omnino ad disputationem rerum sacrarum ueniendum esset, in qua quantum erat pe- 10 riculi, quam certa mors, apud eos praesertim homines, qui euangelium ex professo sibi persequendum proposuerunt, nemo ignorat. spiritus ad constantiam et liberam Christianae fidei confessionem hortabatur, caro mortis periculum obiiciebat et trementem cumque ipsa morte manifeste decertantem ad defectionem sollicitabat. tandem singulari Spiritus Sancti beneficio et Ae- 15 gidii nostri sanctis concionibus sic in illo momento animum meum comparaui, ut prorsus apud me statuerem intrepide proferendam esse puram illam ac simplicem Dei ueritatem, si ita necessitas postularet, qualiacumque tandem pericula deinde sequerentur.

3 Veniunt itaque eadem hora mei quaesitores et magno strepitu ac pene re- 20

1 Francisci in carcere ab omnibus deserti angores *in marg.* **A** || 4 erat *om.* **P** || 8 extrema carnis et spiritus lucta *in marg.* **A** || 10 erat *in ras.* **A** || 14 manifeste *om.* **P** || 18 Dei *om.* **P** || 20 inquisitorum aulicorum actio *in marg.* **A** | quaesitores **P** inquisitores **A**

gali pompa eam habitationem ingrediuntur, in qua omnes captiui erant congregati. omnes illico cessere locum magnificis uiris (erant enim de secreto Imperatoris consilio praecipui), solus ego, qui ab ipsis cruciandus eram, maneo. salutant illi quidem blande Gallico sermone. deinde assedi-
25 mus pariter eidem mensae, colloquuntur aliquantisper mecum perhumane. paulo post, cum negocium ipsis delegatum aggredi uellent, dixi me Latino aut Hispano sermone quam Gallico apud ipsos agere malle, ne aliqua forte aulicae consuetudinis ambigua phrasis diceretur, quae postea in deteriorem partem ab ipsis torqueri posset. placuit ipsis quoque meum consilium, et La-
30 tino sermone uti uoluerunt. uultu igitur ad grauitatem composito alter eorum sic incoepit:

'Quoniam iustis de causis apud Caesaream Maiestatem in suspicionem ue- 4
nisse uideris, Francisce, hanc nobis eadem Maiestas curam mandauit, ut ea omnia, quae ad causae tuae inquisitionem pertinerent, diligenter peruestiga-
35 remus remque uniuersam iusta diligentia exploratam eidem indicaremus, ut tandem iuxta id, quod pro te aut contra te inuentum fuerit, sententia proferatur. tui igitur officii erit ad ea omnia, quae abs te percuntaturi sumus, ueritatem respondere. quod si feceris, in causa alioqui inuidiosa iudices, qui suapte natura moderati esse consueuerunt, ad maiorem erga te moderationem
40 aequitatemque poteris inflectere; sin aliter, occasionem praebebis ut, quod abs te scire uolumus, uiolenter tandem extorqueatur.'

Tum ego praesente animo respondi causam nullam esse posse iustam, cur 5
apud Imperatorem aut ullum hominem uirtutis ac pietatis amantem eum in suspicionem uenire oporteret, qui nunquam honestatis officia praetermiserit
45 ipsamque uirtutem ac pietatem etiamnum uellet profiteri: ueritatem quoque me intrepide ac libenter dicturum esse, quod alioqui facturus eram, etiamsi nulli fuissent stipulati.

Tum illi chartas nescio quas protulerunt atque ex eis ordinem suarum in- 6
terrogationum instituebant, et quidem ea religione, ut praeter id, quod in
50 chartis illis continebatur, uel unum uerbum rogare nephas illis uideretur. omnia uero ex sententia monachi interrogabant, cuius ego manum, quam secum in scripto ferebant, facile potui agnoscere. itaque diligenter se intra monachi metas continebant, quae res mirum quantum mihi profuerit. nam ut erat homo indoctus, cuius cogitationes humi repebant nec in ulla re praeter-

32 Caesarei inquisitoris oratio *in marg.* **A** ‖ 37 igitur **P** nunc **A** ‖ 42 Francisci responsio *in marg.* **A** ‖ 43–44 in suspicionem uenire **P** uereri **A** 'deust estre souspeçonné' **H** ‖ 45 ipsamque uirtutem **P** ipsam ueritatem **A** 'de vertu' **H** ‖ 48 monachus processus autor *in marg.* **A** ‖ 50 illis[2] **P** ipsis **A** ‖ 52 ferebant **P** adferebant **A** | agnoscere **P** cognoscere **A** ‖ 53 interrogatoria de rebus friuolis *in marg.* **A** ‖ 54 in ulla re **P** ulla in re **A**

quam in fraudibus supra puerorum captum tollebantur, ita meras nugas ius- 55
sit interrogare.

7 Summa totius depositionis talis erat: cuius essem, qua aetate, qua ciuitate, quibus parentibus natus (quod totum ipsi probe sciebant), deinde quibus in locis essem uersatus, quibus studiis, quibus artibus, quanto tempore, sub quibus praeceptoribus, postremo de Nouo Testamento non pauca. 60

8 Ibi ego me ipsum recognoui et manifeste diuina opera factum sensi, ut aduersariorum oculi excoecarentur, ne in clara luce lumen uidere possent, atque omnem sentiendi intelligendique uim ipsis ablatam fuisse, qui circa res futiles ac leuis momenti nimium insistentes minime animaduerterent ea, quae praesens uitae periculum erant paritura. ex altera parte experiebar re 65 ipsa uerissimam coelestem promissionem, qua iubet seruator noster constanti nos ac robusto animo esse, quoties in conspectu regum ac principum pro gloria Dei aeternaeque ueritatis defensione causa dicenda erit, simulque promittens fore ut in ipsa hora suppeditetur os et sapientia, cui omnes aduersarii mundi non possint resistere. sentiebam enim nescio quomodo in ipsa 70 interrogatione diuinitus mihi donatam orationem atque animum cum quadam libertate dicendi; quibus armis quasi diuino clypeo munitus aduersariorum tela satis nonnunquam ignita dexteritate quadam excipiebam, aliquando etiam contra ipsos retorquebam.

9 Sed quoniam tum sero erat nec tota depositio perscribi potuit, eodem die 75 recesserunt mei accusatores, postridie reuersuri, ut finem tandem suis interrogationibus imponerent. ex carcere ipsi recta progressi sunt in coenobium ac depositionem illam primi diei monacho nostro tradiderunt, unde facile coniecturam facere potui per omnia eos monachi praescriptum sequi, etiamsi ego chartam aut manum ipsius non uidissem. 80

58 Eodem die auunculus meus cum aliis non paucis cognatis ex Antuerpia Bruxellam appulerunt et in carcerem quoque ipsum peruenerunt. sed quoniam ego cum meis quaesitoribus eram impeditus, ad me peruenire non potuerunt. postridie summo mane uenerunt omnes, cum quibus mihi certamen fuit multo sane grauius quam pridie cum ipsis accusatoribus fuerat. Deus 5 bone, quibus obiurgationibus, quibus conuiciis aduenientes me salutarunt,

66–70 constanti ... resistere] *cf. Matth. 10,18–20*

57 depositionis **A** disputationis **P** || 61 aduersarii excoecati *in marg.* **A** | diuina opera factum sensi **P** sensi diuina opera factum esse **A** || 63 fuisse **P** esse **A** || 65–66 experiebar reipsa **P** reipsa experiebar **A** || 75 perscribi **A** describi **P** || 76 mei accusatores **P** accusatores mei **A**

1 Franciscum auunculus et amici inuisunt: longe acerbius quam ipsi hostes excruciant; a Francisco mitigantur *in marg.* **A** | inuisere uolunt *in ras.* **A** || 4 asperrimus cum quaesitoribus conflictus *in ras.* **A**

quem alioqui plenum calamitatum ac periculorum inuenerunt, et quidem eo tempore, quo magis conueniebat lenitate et mansuetudine afflictum fouere quam nouis insectationibus malum malo cumulare aut maledictis dolore
10 pene consumptum insectari!

'Vides' inquiunt 'fructum studiorum tuorum, uides quo tandem tua te 2 consilia deduxerunt, qui nostris atque eorum omnium, qui tibi bene uolunt, obtemperare nolueris! quid tibi cum eiusmodi studiorum delyramentis? quid cum sacris literis? quin haec theologis aut religiosis monachis permittis?
15 quam inde utilitatem aliam reportasti, quam ut te ipsum in praesens uitae discrimen adduceres et periculum sit, ne uniuersum genus per te macula teterrimi criminis aeternaque contumelia maneat notatum?'

Quanto autem mihi dolori fuerint huiusmodi conciones, quas nostri homi- 3 nes tunc mihi attulerunt, quem alioqui multis aerumnis oppressum uide-
20 bant, nullis uerbis, nulla oratione queam commemorare. uere affirmare possum maiorem me cruciatum a meis consanguineis et cognatis pertulisse, qui tamen mihi optime consultum cupiebant, quam ab ipsis aduersariis, qui meam perniciem omni studio sollicitabant. ego uero quanta potui lenitate ac moderatione sum conatus placare obiurgatores meos, orans ne quid mole-
25 stiae adderent afflicto aut opus alioqui laudabile ab euentu rerum aestimarent.

Tandem et ipsi agnouerunt facile innocentiam meam et in hoc tantum ue- 4 nisse praedicabant, ut me, si ulla ratione fieri posset, ex tanta illa miseria liberarent aut certe leuationem aliquam malorum adferrent. itaque statuerunt
30 primo conuenire confessorem ipsum, cuius fraudibus facinus patratum sciebant, deinde alios quosdam principes uiros in aula Imperatoris, quorum opera rem componi posse arbitrabantur. hoc igitur consilio recesserunt, nec eo die amplius ad me reuersi sunt.

59 Post prandium mei quaesitores reuertuntur, ut finem interrogandi facerent. sed nihil eo die noui attulerunt eorum, quae in primis ego metuebam, praeter quasdam, ut ita dicam, racemationes, quas ex praecedente responsione mea collectas tanquam ingentia crimina proposuerunt. omnia sane
5 puerilia mihi uisa sunt et quae nullam solidae accusationis formam prae se ferrent. inter alia uero duo potissimum crimina inuenta sunt, quae aliquo modo ab aduersariis in calumniam torqueri potuerunt. primum in priori depositione rogatus, utrum fuerim in Germania, non negaui. rogarunt praeter- 2

11 tua te **A** te tua **P** ‖ 12 sarcasmi hostiles *in ras.* **A** ‖ 14 permittis **A** committis **P** ‖ 19 tunc mihi **A** mihi tunc **P** ‖ 24 meos *om.* **P**

1 altera quaesitorum actio *in marg.* **A** ‖ 2 noui *om.* **P** ‖ 6–7 aliquo modo *om.* **A** ‖ 7 duo crimina peculiariter intentata: [1]conuersatio cum Germanis et in primis Philippo *in marg.* **A** | in[1] **P** ad **A** ‖ 8 rogatus **A** interrogatus **P**

ea, utrum fuerim Wittenbergae. 'fui' inquam. 'nouisti Philippum Melanchthonem?' 'noui familiariter.' 'quid cum eo loquutus es?' 'id profecto non omnino uobis possum indicare. scio me de magna uarietate studiorum cum eo contulisse, potissimum de ratione dicendi deque tota illa disciplinarum liberalium institutione, quarum rerum scientia uno philosophiae nomine continetur.' 'ecquid de scientia rerum sacrarum?' 'interdum pauca quaedam, sed quorum pleraque memoria exciderunt.' 'quibus uerbis apud eum usus es?' cum uiderem illos non solum sententias et dictiones, sed literas quoque et syllabas ad uiuum resecare uelle, aliquantulum commotus respondi: 'miror qua fronte uos audetis a me rogare quod nemo uestrum praestare posset. quis enim obsecro inter uos est, qui uel ea uerba, quae heri aut nudius tertius suo famulo domestico dixit, tam accurate ac uos a me postulatis ipse hodie possit recitare? quo igitur candore uos nunc petitis ut eadem ego uerba referam quae ante multos menses inter Philippum Melanchthonem et me interposita fuerunt? quod si omnino ea scire uobis in animo est, ipsum Philippum interrogate, qui multo magis quam ego memoria ualet et uobis ea fidelius referet.'

3 Pergunt ulterius mei accusatores: 'quandoquidem' inquiunt 'fuisti in Germania, uidisti Philippum Melanchthonem, saepe cum eo contulisti, quid tandem de homine ipso, quid de libris eius iudicas?' hic quasi tenebar medius nec effugere posse prima fronte uidebar, quin uel conscientiam meam laederem uel gladium illis porrigerem, quo me quoties lubitum esset potuissent iugulare. sed tamen Deus mihi et uerum et minime inuidiosum responsum in illa hora suppeditauit in hanc sententiam: 'libros Philippi Melanchthonis neque ego legi uniuersos neque, si legissem, tantum mihi tribuo, ut de scriptis tanti uiri ausim mihi iudicium sumere. quod uero ad ipsam hominis personam attinet, iudico hominem esse omnium quos ego unquam uiderim optimum.'

60 Haec priore die acta sunt, ex quibus uerbis occasionem arripuerunt, ut sequenti die interrogarent, qua fronte ausus fuissem uocare Philippum Melanchthonem uirum optimum, quem excommunicatum ac haereticum esse constaret.

2 Tum ego : 'uideo uos ad calumniandum paratos esse, cum id, quod bene a me dictum est, in deteriorem quam in ueriorem partem interpretari maluistis. quin uestri candoris erat, si quid a me non ita circumspecte dictum esset, aut boni consulere aut certe non usque adeo insidiose cauillatiunculas ex optimo ac uerissimo nomine uenari.

11 uobis possum **P** possum uobis **A** ‖ 16–17 literas quoque et syllabas **P** syllabas etiam ac literas **A** ‖ 18 audetis a me **P** a me audetis **A** ‖ 25 periculosa quaestio *in marg.* **A** ‖ 27 eius **P** ipsius **A** ‖ 30 cauta responsio *in marg.* **A** | depositio Francisci de Philippo *in ras.* **A** ‖ 34 esse *om.* **P** | unquam **A** quidem **P**

1 tertia quaesitoris actio *in marg.* **A** ‖ 6 maluistis **A** noluistis **P**

10 Sed hunc ego nodum quoque dissoluam. principio mihi non constat Philippum Melanchthonem excommunicatum esse, multo minus ullas ego haereses in eo agnosco. deinde si uos offendit optimi uiri cognomen, uicissim ego a uobis postulo: qua fronte uos ipsi publica omnium doctorum uoce audetis uocare Platonem diuinum, Socratem sanctissimum, Aristidem iustum, 15 Ciceronem seruatorem patriae et hoc genus alia pene innumera epitheta, quae hominibus ethnicis et multis in uita sceleribus inquinatis et ab omni uerae religionis notitia quam alienissimis eruditorum consensu tribuuntur? si cognomina per se considerantur, quaeso uos, quanto magnificentius loquitur qui diuinos, qui sanctissimos, qui iustos, qui patriae seruatores appellat 20 quam qui simpliciter uirum optimum dicit, quod saepenumero de homine ne bono quidem in communi loquendi usu dici solet? 3

Si uero ipsos homines inter se conferatis, uestras conscientias appello, uos ipsi iudices estote, quantum discrimen sit inter illos homines ethnicos, qui nullum unquam uerbum de seruatore nostro audiuerunt, et hunc hominem 25 Christianum, qui et integritate uitae omnes quos ego hactenus nouerim excellit et in doctrina citra omnem controuersiam duodecim articulos Christianae fidei cum ecclesia Christi confitetur. quid simile in Platone? quid simile in Socrate, quid in Aristide aut Cicerone, quid in aliis sapientissimis omnium aetatum et gentium hominibus, qui sine coelesti doctrina oraculo30 rum Dei diuinitus generi humano reuelata suas de religione sententias literis mandauerunt? sitis ergo posthac aequiores interpretes uerborum meorum aut ne uerbum quidem unum amplius respondebo.' 4

Hoc responso placaui calumniatores meos, si tamen ulla ratione placari unquam possunt qui calumniandi occasionem sine modo quaerunt. 5

61 Venio nunc ad alteram criminationem magis quam illa prior ridiculam seu potius magis impiam, quam solam in toto Nouo Testamento inuenire potuerunt. in epistola Pauli ad Romanos, capite tertio, post eam quam ibi de iustificatione instituit Paulus disputationem, sic uidetur quasi una firma et indu5 bitata sententia reliquam superiorem disputationem uelle comprehendere, quam ipsam deinde persequitur luculentius: STATVIMVS HOMINEM EX FIDE IVSTIFICARI SINE OPERIBVS LEGIS. hanc sententiam typographus in libro nostro forte maiusculis literis expressit.

6–7 statuimus … legis] *Rom. 3, 28*

18 considerantur **P** consideratis **A** 'si on considère' **H** ‖ 22 philosophus Christianus omnibus ethnicis anteponendus *in marg.* **A** ‖ 34 possunt **A** possent **P** | calumniandi occasionem **P** occasionem calumniandi **A**

1 [2]locus Paulinus peculiari characterum genere impressus *in marg.* **A** ‖ 4 quasi una **P** una quasi **A**

2 Hoc isti uituperant factum atque ita uituperant, ut ingens facinus a nobis commissum clamitent ac incendio dignum arbitrentur. sic igitur interrogant: 10 'quare istam sententiam Lutheranam expressisti maiusculis literis, reliquas Christianas non item?' ad hanc interrogationem non potui sine aliquo stomacho respondere. quis enim moderate ferat impiam hominum audaciam, qui manifestis blasphemiis audent gloriam Dei lacerare?

3 Sic igitur illis respondi: 'non putaui profecto quempiam exoriturum esse 15 tanta malicia deprauatum, qui rem nullius momenti, imo etiam laudabilem, in calumniam uituperationemque detorqueret; alioqui, quemadmodum alias offensiunculas, quas nostrorum hominum aures nimium delicatae ferre non potuerunt, sustuli, et hunc quoque locum offensionis sustulissem. caeterum quam uos Lutheranam sententiam audetis appellare, ego Paulinam, imo uero 20 Christianam sententiam clara uoce pronuncio. quare iniuriam facitis Spiritui Sancto blasphemiae proximam, quando aeterna oracula Dei non sine admirando suo consilio diuinitus inspirata et hominibus patefacta uirium humanarum confidentia nescio qua insolentiores facti audetis Lutherana nominare. neque enim mihi uerisimile fit ut hanc loquendi audaciam auferatis 25 impune. ueniet uindicta de coelo, ueniet celerius omnino quam uos existimatis. non est in cerebro Lutheri haec excogitata sententia, non est a Luthero inuentum dogma, sed est aeternum, fixum atque inmotum coelestis sapientiae decretum, in arcana illa sede aeterni patris prius constitutum et stabilitum, deinde ministerio Pauli ecclesiae Dei traditum, ut praestet salu- 30 tem omni credenti.'

4 Tum illi: 'neque nos negamus sententiam esse catholicam, sed dicimus ex ea male intellecta Lutherum et omnes haereticos occasionem errorum accepisse.' 'est' inquam 'praeclarum iudicium uestrum, id pro certo uelle affirmare quod prorsus ignoretis. nam in iuris modo scientia, non item in rei 35 theologicae professione instituti estis et, quemadmodum uos ipsi non diffitemini, libros Lutheri nunquam legistis. et tamen ut maxime sic se res habeat, uel hoc ipso maiusculis literis scribenda erat, ut hac ueluti nota lectores imperiti admoniti in hoc loco gradum sisterent, ne ad eundem quoque lapidem impingerent cum iis, qui argumentum erroris inde sumpserunt, et quo illa 40 uel admirabilior uel inflatis mentibus difficilior sententia est, hoc diligentius, qui ad hanc lectionem accessuri essent, ueram, genuinam et indubitatam huius sententiae intelligentiam requirerent, quam hactenus a multis sordidissimis hominibus uidemus turpissime contaminatam. sed proferte

15 responsio ad crimen intentatum *in marg.* **A** || 19 et *om.* **A** || 26 confessio animosa *in marg.* **A** || 35 scientia **A** scientiae **P** || 37 literarum majuscularum usus *in marg.* **A** | sic **P** ita **A** || 38 literis scribenda **A** scribenda literis **P** || 40 uel *om.* **P** || 41 uel **A** et **P** || 43 requirerent **P** inquirerent **A**

quaeso solidiores accusationes, si quas habetis, et desinite iam tandem pro criminibus opponere, quod laudi atque ornamento, non uicio aut criminationi erat tribuendum.'

5 Haec in tota depositione ingentia et summa crimina fuerunt. caetera omnia et puerilia prorsus erant et indigna quae referantur.

62 Sequentis diei prima luce reuersi sunt ad me cognati omnes, ut, quod praecedente die in negocio nostro factum erat, mihi denunciarent. cum eis quoque aderat oeconomus Episcopi Iahenensis, qui me omnium primo ad monachum deduxit ac deinde receperat se una cum domino suo res omnes nostras curaturum diligenter, nec interim ad me fuerat reuersus. is principio culpam deprecatus omnibus audientibus recitauit causas, quare minus ad me redire potuerit, affirmans se uel singulis diebus apud me agere uoluisse, nisi hoc a domino suo grauiter fuisset interdictum.

2 'Res uero sic se habet. postea quam nuper abs te recessi, narraui Episcopo rem gestam eumque adhortatus sum, ut ipse Granuellam conueniret et causam quare hoc ita factum esset percontaretur. Episcopus, uehementer offensus inopinatu casu, e uestigio ad Granuellam uenit, apud quem graui usus oratione dixit uideri sibi indignum ut, qui bene meriti de republica essent, tam indignis modis tractarentur: te illius impulsu Bruxellam rediisse, ut tui operis rationes omnibus hominibus exponeres; has prius audiendas fuisse, non pro beneficio crudelitatem ac uinculorum tormenta reponenda; nullam esse hoc modo innocentiam posse tutam, nullum excusationi relictum locum, facile hoc genus uinculis, carcere ac uiolentia omnes rationes, omnia argumenta, omnem uirtutem posse superari; quin potius argumentis et rationibus prius agi oportuisse, ne hoc inusitatum crudelitatis exemplum, quod Imperatoris nomine patratum dicebatur, ad externas quoque nationes permanaret et clementissimo atque optimo principi tyrannidis notam inureret. atque in hanc sententiam alia non pauca.

3 Ad quem Granuella respondit permisisse quidem tui comprehendendi facultatem petente hoc, imo etiam magna contentione flagitante confessore Imperatoris, a quo te apud ipsum delatum atque horribiliter deformatum praedicabat. referebat enim Granuella confessoris uerba, quae apud ipsum uehementer inflammatus narrauerat: esse quemdam iuuenem Hispanum, cuius consilia et conatus, nisi iam nunc impedirentur, futurum esse ut paulo

1 cognatorum cum Francisco colloquium *in marg.* **A** || 2 erat **A** esset **P** || 9 oeconomi episcopi Jahenensis excusatio *in marg.* **A** || 11 episcopi cum Granuellano expostulatio *in marg.* **A** || 12–13 usus oratione **P** oratione usus **A** || 15 hominibus *om.* **P** || 15–16 fuisse … ac *om.* **A** || 17 innocentiam posse **P** oratione usus **A** || 23 alia *om.* **P** || 24 Granuellani [ad episcopum *in ras.*] responsio *in marg.* **A** || 27 confessarii apud Granuellanum uehementia *in marg.* **A**

post totam Hispaniam ad Lutheranismum conuerteret; talem esse, qui fuerit 30
in Germania apud Philippum Melanchthonem, qui multa de religione disputaret, qui ecclesiae decreta uituperaret, qui aduersariorum sententias comprobaret, qui non solum apud se has uenenatas pestes contineret, sed multa etiam quacumque data opportunitate apud alios disseminaret, denique paulatim omnes homines suam in sententiam pertraheret, quin, ut latius mana- 35
ret malum, Nouum Testamentum quoque in Hispanicam linguam conuertisset, typis euulgare curasset, adeoque ipse sua manu Imperatori tradidisset. "cuius libri si Hispanis permittatur lectio, Deus bone, quas turbas in Hispania dabit, quam multa animarum milia a simplicitate fidei auertet, quam
4 multos in contemptum rerum sacrarum ac tandem in exitium trahet!" deni- 40
que talem esse istum Hispanum, contra quem iam nunc idoneis testibus supra quinquaginta haereses probari possent. quare in eum modis omnibus animaduertendum eiusque uehementes impetus saltem uinculorum poena esse reprimendos. uictus itaque istis rationibus, quas ueras esse putauit, imo etiam perterrefactus Granuella iussit ut sine mora comprehendereris, ut tan- 45
tum malum impediretur.'

63 Vides igitur nunc, mi praeceptor, fontem atque originem omnium malorum, unde oriantur machinationes omnium fraudum, omnium proditionum, quas ne Diabolus quidem ipse tam fraudulenter nectere potuisset. haec audiuerunt omnes cognati et multi praeterea qui aderant non sine magna admiratione. denique nullus erat qui monachi fraudes non aperte uideret atque 5
cognosceret. sed quoniam eo tempore non erat opportunum eas propalare, tacuerunt omnes et ea tantum mihi narrarunt quae praecedente die in negocio nostro efficere potuerunt. ad monachum peruenerant recta eumque in hunc modum sunt alloquuti:

2 'Quum Antuerpiae nunciatum esset nobis tua opera et consilio Francis- 10
cum esse comprehensum, existimauimus ad te nos recta uenire oportere, reuerende pater, ut causam rationemque eius captiuitatis inquireremus. nam cum natura et sanguine ualde nobis coniunctus sit, quicquid in eum acerbum aut contumeliosum statuatur, ad nos quoque quodammodo redundare putamus. itaque ipse naturae sensus ac necessitas nos cogunt, ut eius defen- 15
sionem minime abiiciamus, quam honeste praetermittere non possumus. adsumus igitur coram te, reuerende pater, non quasi deprecatores ullius criminis poenam ipsi condonari postulemus. etsi enim tristissimo casu non leuiter, sicuti par est, afficiamur, tamen cupimus nos ipsi, si quid deliquit,

36 Testamentum quoque **P** quoque Testamentum **A** || 37 curasset **A** iussisset **P**
1 [Petrus a Soto *in ras.*] mali omnis fons *in marg.* **A** || 5 monachi fraudes **P** fraudes monachi **A** || 7 ea tantum **A** tantum ea **P** || 8 propinquorum Francisci cum eodem [Petro a Soto *ante corr.*] actio *in marg.* **A** || 13 sit **A** est **P**

20 uel primi quasi carnifices gladium in illum stringere deque eo facere sacrificium. sin autem extra noxam sit, ut eum uere esse putamus, solaque inuidia et maleuolentia peruersorum hominum grauatum, nihil profecto ab humanitate aut aequitate alienum postulare uidebimur, si eum liberari petamus. si uero res in ambiguo est et aliquid adhuc explorandum restat, unum illud pe-
25 timus, quod sine nephario scelere praetermitti non potest, ut quam citissime fieri possit eius tota causa definiatur.'

Monachus autem sic illis respondit: 'ego uero, domini, non minus profecto 3 afficior calamitate Francisci quam quisquam uestrum, quibus eum naturae legibus magis esse coniunctum uideo. amo enim illius ingenium, si quis
30 alius, quod, si in bonis rebus fuisset collocatum, animaduerto non infimum gradum in studio literarum tenere potuisse. sed abusus est ingenii dexteritate ad res periculosas et suspectas in fide, quibus non leuiter inquinatus uidetur, ut testantur uaria quae illi obiiciuntur crimina, quorum de numero illud uel maximum uideri potest, quod in Germania inter haereticos, praecipue uero
35 apud Philippum Melanchthonem uixerit.

Nos qui aetate prouecti sumus, scientia onusti' (nam hoc uerbo utebatur), 4 'longo rerum ac studiorum usu exercitati, nondum audemus cum haereticis Germanis manus conserere, nisi cum in aliqua synodo omnes simul congregati pro defensione catholicae ecclesiae aliquo modo id facere cogimur: tam
40 sunt instructi literis et argumentis. et iste iuuenculus nuper natus, rerum imperitus, qui uixdum literis dare operam coepit, totum se illis commisit, apud eos uixit, ab illis didicit. o ingentem confidentiam!

Huc accedit Nouum Testamentum quod ipse in linguam Hispanicam con- 5 uertit, typis aeditum euulgauit, Imperatori obtulit, quasi parum sit haeretico-
45 rum in Germania, ubi Nouum Testamentum lingua populari legitur, nisi illorum haereses in Hispaniam quoque isto nouo libro uellet inuehere. ac tantum abest ut facti poeniteat, ut heri adhuc in ipso carcere et Nouum Testamentum laudauerit et Philippum Melanchthonem, hominem haereticum, uirum optimum uocauerit.

50 Haec crimina profecto leuia non sunt neque simplici supplicio digna ui- 6 dentur. etsi enim non sim nescius haec errata qualiacumque calori iuuentae adscribenda uideri posse, praesertim cum corrupta illa Germanorum consuetudine correptus appareat, tamen sentio ardentem istum animi impetum acerba aliqua poena esse reprimendum, ut ad catholicam moderationem tan-
55 dem conuertatur. et quoniam negocium est arduum et grauissimum, metuendum est ne Caesarea Maiestas huius causae cognitionem inquisitoribus Hispaniae inquirendam committat. quod si fiat, acerbius sane in eum

24 aliquid **A** aliquando **P** || 27 monachi [Petri a Soto *ante corr.*] responsum *in marg.* **A** || 57 fiat **P** fiet **A** | sane **P** profecto **A**

animaduertetur quam si in hac regione totum hoc negocium definiatur. ego sane, quia uos amo nec minus illi consultum cupio, pro mea uirili conabor, ne in Hispaniam transmittatur ac de tota causa in hac regione proferatur sen- 60 tentia.'

64 Hoc tantum orauerunt nostri, ut sine mora ibi negocium absolueretur. id quoque promisit monachus, sed minime praestitit. fuerunt toto illo die apud me nostri, quorum ego consuetudine nonnihil sum delectatus, si tamen aliquid esse tunc poterat, quod in eo loco mitigationem aliquam tristissimarum perturbationum adferret. manserunt in urbe Bruxellensi integra septimana, 5 quo tempore hoc potissimum efficere conabantur, ut celeriter in ea regione negocium concluderetur neque ullo modo istius causae cognitio inquisitori- 2 bus Hispanicis mandaretur. nam ea res, praeterquam quod cum praesenti uitae discrimine coniuncta erat, non leuem contumeliae notam (ut est gentis ingenium) uniuerso generi nostro fuisset paritura. in hoc igitur, ne id fieret, 10 multi et magni uiri elaborarunt. promittebant omnes. sed quando ea res ab uno confessore pendebat, utcumque ille culpam in alios transferre conaretur, suspectae nobis erant omnes illius promissiones. quis enim credat toties mentienti? quis ei fidem adhibeat, qui fraudes nectere pro delectamento ha- 3 bet? tandem cum uiderent se nihil aliud proficere posse quam ut ipsi quoque 15 in suspicionem uenirent, quasi haeretico fauere uellent (nam hoc potissimum fulmine feriunt aduersarii), statuerunt redire domum. relicto igitur apud me famulo, qui res necessarias curaret, illi se Antuerpiam retulerunt.

4 Tum ego totum negocium Deo committens statui quoque apud me forti atque infracto animo expectare finem tantae miseriae, quam fore non solum 20 diuturnam ac molestam, sed etiam periculis et perturbationibus plenam non obscure tum praeuidebam. curaui mihi adferri libros aliquos, quorum lectione animi taedium expellerem meque ipsum ad constantiam et ad ueram Dei inuocationem praepararem. in primis uero sacrarum literarum meditatione uehementer afficiebar atque in his tum promissionibus Christi erige- 25 bar, tum etiam lectione psalmorum, supra quam credi possit, sum recreatus. Deum inmortalem, quam uberem in eo libello consolationem sensi, quam admirandos affectus coelestis atque occultae sapientiae Dei gustaui! profecto sic me Dauidicum plectrum harmonia sua plane coelesti rapiebat, sic illa diuina cythara in amorem contemplationemque rerum diuinarum transfor- 30 mabat, ut umbram illorum affectuum, quos ibi tum manifeste sum expertus,

1 cognatorum praesentia Francisci maeror leuatur *in marg.* **A** || 11 amici pro Francisco laborant *in marg.* **A** || 12 utcumque **P** quicquid *in ras.* **A** *addens* quamquam *supra lineam* || 19 Franciscus ex lectione sacrorum librorum se [aerumnas suas *ante corr.*] consolatur, in primis Psalmorum, e quibus [e Psalmis *ante corr.*] precationes concinnat *in marg.* **A** || 26 credi **A** dici **P**

intensa nunc cogitatione assequi fortasse possim, uerbis autem eosdem exprimere nullo modo.

5 Quid plura dicam? statueram tunc aliquas ex psalmis precationes mihi
35 conficere ad inuocandum Deum accommodatas, quod mihi tum in ea necessitate atque aliis quoque, si casus aliquis ferret, usui esse possent. ac tantam in eis scribendis sentiebam suauitatem, ut, cum pauculos tantum psalmos quasi preces principio decerpere uoluerim, non prius interquiescere potuerim quam uniuersum psalmorum opus absoluerim, non dicam quam bene,
40 certe singulari affectu.

6 Sed multorum hominum concursus, qui ad me quotidie ueniebat, hanc meam uoluptatem frequenter interpellabat, quamquam et illorum colloquium ingratum mihi esse non poterat, quorum officium singulari erga nos amori datum uidebam. uere enim affirmare possum ex una urbe Bruxellensi
45 supra quadringentos ciues ad me uenisse, quorum plerosque in religionis doctrina bene instructos, omnes purioris sententiae amantissimos esse animaduerti.

65 Inter eos erant aliqui non uulgares homines, ualentes naturae bonitate, ex animo sitientes uerbum Dei, qui a nobis in uera religionis doctrina institui postulabant. ego uero, etsi non ignorabam et temporum et loci periculum, fallaces hominum spes et fraudulentas uoluntates, praestiti tamen in ea parte
5 quantum potui et quantum temporis locique angustia permittebat. certe tantum beneficio Dei praestitum esse arbitror, ut non paucis illa qualiscumque opera profuerit, adeo ut inmensam Dei misericordiam nunquam illi satis digne se laudare posse putarent pro ea quantulacumque coelestis doctrinae cognitione, quam in eo loco erant consequuti.

10 2 Illi mihi narrabant esse in ea urbe supra septem hominum milia, qui fraudes ac imposturas hypocritarum nossent et purioris doctrinae sententiam in euangelio diuinitus patefactam amplecterentur: quin etiam uniuersam ciuitatem in fauorem euangelicae doctrinae propendere, ut, nisi praesens uitae periculum ciues extimescerent, totam religionis formam opinione hominum
15 celerius inmutarent publiceque puram euangelii doctrinam profiterentur.

3 Quid de aliis Flandriae, Brabantiae ac Hollandiae urbibus dicam? uix arbitror ullam in ea regione ciuitatem esse, unde non aliqui pii homines ad me uenerint, qui uberrimum uerbi Dei prouentum in singulis ciuitatibus et iam olim fuisse et quotidie in mediis terroribus mortis, in tanta illa, quam sem-
20 per habebant, persequutione crescere augerique retulerunt.

41 multorum colloquiis interpellatur *in marg.* **A** || 45-46 in religionis doctrina bene instructos **P** bene instructos in religionis doctrina **A**

3 in carcere docet *in marg.* **A** || 8 se *om.* **P** || 10 Belgae ad amplectendum Euangelium proni *in marg.* **A**

4 Tum ego in sinum gaudebam serioque in Domino exultabam et mirandam illam Dei potentiam tacita cogitatione mecum expendebam, qui repugnante mundo, fremente Diabolo cum organis suis, contra omnium hominum spem ac uoluntates diuino suo consilio aeternam sibi per omnes aetates ecclesiam ex omnibus gentibus et nationibus colligeret, quam nullus impiorum furor, 25 nulla tyrannorum uis posset delere aut extinguere.

5 Hic uero nequaquam mihi silentio praetereundam puto Antuerpiensium benignitatem. nam cum ad aures multorum hominum praestantium Antuerpiensium fama pertulisset fraude monachorum Hispanicorum me comprehensum esse, miserunt duos ciues Antuerpienses Bruxellam, qui nomine ip- 30 sorum, quicquid nobis necessarium esset, quod ab eis praestari posset, id totum apud ipsos in promptu esse denunciarent. cum enim non ignorarent Hispanorum ingenium sacrae doctrinae inimicum, ad superstitionem plus satis propensum, qui in causa religionis uel parentes ipsi liberos suos deserere solerent eoque uererentur ne hoc ipsum cum nostris accidisset, eam le- 35 gationem ad me mittendam esse putarunt, quae omne praesidium cum pecuniarum tum fauoris in aula, et quicquid omnino ad incolumitatem nostram pertineret, ipsorum nomine deferret.

6 Paulo post eamdem rursus legationem matronae quaedam Antuerpienses miserunt. ego uero utrisque gratias egi et nostrorum erga me liberalitatem, 40 sicut debebam, satis laudaui, qui praeter morem aliorum Hispanorum nullis laboribus, nullis sumptibus parcerent, ut mihi uel liberationem, si possent, uel doloris certe aliquam mitigationem adferrent. itaque a nemine mortalium quicquam accipere uolui praeter uoluntatem atque animi candorem, quem ego sane quouis uel maximo thesauro preciosiorem existimo. 45

66 Porro autem inter alios, qui eo tempore me inuisebant praeter opinionem meam, duo uiri aulici ad me uenerunt, quorum alter genere Hispanus, alter erat Burgundus; neutrum certe ego unquam uideram. sed quantum ex utriusque sermone iudicare potui, animaduerti multarum rerum esse peritos, non uulgari prudentia praeditos et qui a sententia uerae religionis minime abhor- 5 rerent. primo igitur Hispanus in hanc sententiam mecum Hispanice loquutus est, quem sermonem alter probe callebat:

2 'Etsi neuter nostrum hactenus te uiderit, Francisce, tamen, cum uterque de te multa audierit, ego uero priuatim tuos parentes et cognatos norim, cum propter illos, tum etiam propter te ipsum iamdudum te amandum et com- 10

27 Antuerpiensium erga captiuum liberalitas *in marg.* **A** | mihi silentio praetereundam **A** praetereundam mihi **P** || 28 hominum praestantium **P** praestantium hominum **A** || 33 Hispani Papae mancipia *in marg.* **A** || 39 alia matronarum Antuerpiensium legatio *in marg.* **A** || 43 doloris certe **P** certe doloris **A**

1 aulici duo Franciscum inuisunt *in marg.* **A** || 3 erat *om.* **P** || 6 primo **A** primum **P** || 8 aulici Hispani ad Franciscum uerba *in marg.* **A**

plectendum duxi. atque utinam in alio liberiore loco nostrum erga te animum liceret declarare! sentires profecto utrumque nostrum ad omnia humanitatis officia promptissimum. nunc autem, etsi rebus usque adeo afflictis ac pene deploratis omnis iucundae ac liberae consuetudinis spes ex oculis at-
15 que animis nostris omnino sublata uidetur, adsumus tamen apud te, primum ut nostram operam nosque ipsos ex animo tibi offeramus, deinde ut molestiam huius loci praesentia et colloquio nostro subleuemus. quod si languentis ac moerentis animi medicamentum uel praecipuum a prudentibus iudicatur oratio, quanto magis tibi fidelium amicorum colloquium oblectamento
20 esse poterit in hoc periculoso tempore, quo profecto, si unquam alias, nulla in hominibus uirtus, nulla in uirtute spes, nulla in amicitia fides reperiri potest.

3 Speramus igitur fore tibi colloquium nostrum non solum gratum et iucundum, uerum etiam utile ac necessarium. nam et aduersarios tuos nouimus
25 praecipuos, et quibus fraudibus te circumuenerint accepimus, et, si non alia in re, certe admonendo de consiliis et fraudibus quas inter se componunt nonnihil iuuabimus. quod eo facilius facere poterimus, quo magis nobis nota sunt omnia et minus apud eos in suspicionem uenimus. atque utinam, mi Francisce, uel umbram aliquam earum proditionum ac fraudum, quas ego in
30 isto monacho nostro noui (confessorem Imperatoris intelligo), aliquo modo tu suspicari potuisses! aut ego fallor aut ab eius colloquio tibi temperasses. sed uideo fato quodam praeclarae uirtutis ac pietatis esse comparatum, ut, quo quis cursum uirtutis ac uerae religionis consectetur studiosius, hoc flagitiosorum fraudibus ac imposturis opprimatur crudelius. mores ac fraudes,
35 quos impostor ille noster monachus in aula nunc exercet, quibus ad istam dignitatem peruenit, aliquo modo tibi adumbrabo. sed prius abs te scire 4 uolo, utrum sine periculo integrum erit nobis in hoc loco uti libertate nostra loquendi, ne quid peccem imprudens, quod grauius periculum pariat. deinde hac ego lege partes dicendi mihi sumam, ut nihilominus utrique uestrum in-
40 terpellandi facultas concedatur. quare si extra metam decurrentem uidebitis, quaeso in uiam reuocate, aut si forte meam sententiam minime probandam putabitis, liberum esto uobis ueriorem in medio proferre. quod ut faciatis, non solum permitto, sed etiam uehementer oro.'

5 Tum ego: 'magnam uobis, clarissimi domini, pro humanitate uestra gra-
45 tiam habeo, quod me hominem ignotum in rebus afflictissimis constitutum

17–19 languentis … oratio] *cf. Aesch. Pr. 378 et Men. Mon. 550*

18 *ψυχῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι in marg.* **A** ‖ 21 nulla in uirtute spes *om.* **P** ‖ 26 componunt **P** component **A** ‖ 33 uerae *om.* **P** ‖ 34 Petri a Soto mores et ingenium descripturum se pollicetur *in marg.* **A** ‖ 39 ego *om.* **P** ‖ 44 Francisci ad Hispanum responsio *in marg.* **A**

hoc exulcerato tempore inuisere uoluistis, maiorem sane pro sermone et consolatione uestra habiturus; quem sermonem pro arbitrio uestro instituere poteritis multo liberius apud me quam ego apud monachum nostrum sum ausus; deinde multo securius magisque impune in hunc locum conuenire et in eo de quacumque re proposita libere disserere licebit quam in sacro illo 50 coenobio religioni monastichae consecrato mihi uerecunde loqui fuit tutum.

6 Nam qui nobiscum captiui tenentur, plerique omnes non uulgari humanitate praediti sunt, qui neque sermonem nostrum intelligunt neque, si intelligerent, quantum de eis iudicare possum, liberiore uestro colloquio offenderentur. praeterea habebis nos et attentos et dociles auditores, ut etiam pro 55 hoc domino respondeam. postremo utemur libertate quam nobis concedis, ut, si aliquid dicendum occurrat, quod uel intelligentiam nostram effugiat uel aliqua explicatione opus habere uideatur, disserentem interpellemus.'

67 Tum ille: 'restat unicus scrupulus, quem paucis expediam, antequam initium dicendi faciam, uidelicet ut suspicionem, si quam de aduentu hoc nostro aut de nostro colloquio in animo concepisti, remoueam. neque enim existimare debes, quamquam alterum Hispanum alterum Burgundum esse audis, quorum uterque uel superstitionem uel impietatem a sua gente uelut 5 innatam didicisse uideri posset, in eodem nos cum nostris hominibus luto haerere aut eodem cum ipsis iure conspersos esse. Deo sit gratia, qui aliqua doctrinae coelestis luce oculos atque animum nostrum illustrare uoluit, ut non obscure uideremus, in quibus tenebris nostri homines uersarentur, et aliam purioris doctrinae formam nobis insequendam proponeremus. 10

2 Atque, ut prius de me ipso loquar, scito eumdem ipsum esse me, cuius nomine frequenter abs te Nouum Testamentum nostri homines Antuerpiae postularunt, quem librum tu misisti, pro quo gratiam habeo maximam efficiamque Deo uolente, ut re ipsa experiaris hoc beneficium in hominem minime ingratum esse collocatum. etsi enim totos uiginti annos in aula Im- 15 peratoris et regis Ferdinandi uixerim nec ulla toto hoc temporis spatio ab eis suscepta sit expeditio, cui ego non interfuerim, ut uerisimile uideri possit in tanto armorum ac tubarum strepitu uix ullum locum audiendae uoci Dei relictum esse, tamen ego benignitate Dei haec studia piae doctrinae semper amaui, nec ulla res animum meum perinde excruciauit quam quod nostra 20

49 conuenire **A** uenire **P** || 50 proposita *om.* **P** || 51 uerecunda **A** uerecundo **P** | loqui *om.* **P** || 52 non uulgari humanitate **P** humanitate non uulgari **A** || 58 uideatur **A** uidebitur **P**

1 Hispanus religioni sinceriori addictum se fatetur *in marg.* **A** || 2 si *om.* **P** || 8 doctrinae coelestis **P** coelestis doctrinae **A** || 11 Noui Testamenti editionem probat *in marg.* **A** || 12 Antuerpiae *mss.* 'à Louvain' **H** || 15 militis pii exemplum *in marg.* **A** || 20 excruciauit **P** discrutiauit **A**

lingua libris solidae eruditionis careret aut ego sermonem Latinum ignorarem, unde religionis integram cognitionem discere potuissem.

Quicquid autem in ea sum consequutus, primum benignitati Dei, deinde 3 bonitati naturae, quae propositam ueritatem et agnoscit facile et non diffi-
25 culter semel agnitam ueritatem amplectitur, postremo Germanorum consuetudini acceptum refero. nam in ea regione uixi longo tempore, linguam eorum didici, libros aliquos legi, conciones doctorum hominum audiui, quorum deinde colloquio et experientia paulatim sum factus doctior. atque ille semper fuit praecipuus animi mei dolor, quod ex una Hispania nostra ui-
30 derem quasi pulsam et in exilium missam aeterni Dei uocem, quam in reliquis Christiani orbis regionibus clare sonantem audiebam.

Sed de me ipso nunc satis, reliqua ex colloquio consuetudineque nostra 4 ipse cognosces, quam cupio esse perpetuam. quod autem in me desiderare poteris, iste dominus Burgundus qui mecum uenit abunde pensauit. nam in
35 omni liberali doctrina, praesertim sacra, pulchre institutus est et te sic amat, ut, postea quam de te audiuit, nihil impensius optauit quam ut te conueniret ac de multis rebus tecum conferret. adsumus igitur apud te, ut nostram operam tibi scias esse paratissimam utque animum tuum alioqui moerentem propter istos angustiarum cancellos, quibus corpus circumscriptum tenetur,
40 colloquio nostro aliquo modo recreemus.

Si quid autem huiusmodi uotis proficitur, utinam uero, mi Francisce, 5 quemadmodum prius optaui, uel tu in alio loco meum erga te animum cognoscere posses uel ego in te incidere potuissem paulo ante quam tu peruerso ac proditori monacho te commisisses, cuius ego proditiones, fraudes,
45 perfidias ac imposturas si narrare uellem, totus iste dies non sufficeret. tuus propemodum est conterraneus (si diis placet), humili atque abiecto loco natus, nulla re quam fraudibus, proditione ac superstitione conspicuus; quibus artibus tantum ualet, ut non solum totam aulam callidis suis imposturis quasi irretitam, sed Imperatorem quoque ipsum inebriatum teneat. emersit
50 ex infimo loco atque in istum gradum irrepsit homo aetate iuuenis, sed in inueniendis ac perpetrandis facinoribus ueterator pessimus et antiquissimus, non alia uirtute quam fraudibus suorum monachorum et propria superstitione commendatus.

Post mortem alterius confessoris, qui ante annos duos uita defunctus est, 6
55 eum quem nunc habet locum obtinuit homo dignissimus qui ad aratrum re-

25 amplectitur **P** complectitur **A** || 27 aliquos *om.* **P** || 29 Hispanorum miseria *in marg.* **A** || 33 cupio **P** cupiam **A** || 37 congressus hic cum Francisco ab aulicis cur expetitus *in marg.* **A** || 38 tibi scias esse paratissimam **P** scias tibi paratissimam **A** || 41 huiusmodi **P** eiusmodi **A** | uero *in ras.* **A** || 45 Petri a Soto descriptio *in marg.* **A** || 46 est conterraneus **P** conterraneus est **A** || 52 uirtute **A** re **P**

legaretur. postea uero nactus dignitatem, quemadmodum euenire solet abiectis hominibus, qui praeter spem aut uirtutem propter coecum tantum Fortunae flatum aliquos honores consequuntur, nullum in rebus gerendis modum tenere nouit. et quoniam uehementer solet imperitorum animos ferire, eorum praesertim qui in solida religionis doctrina non sunt instituti, 60 speciosa quaedam superstitionis imago, ad quam ille est appositissimus, animaduertens hoc ipsum homo uaferrimus non solum studio et diligentia natiuam illam fraudandi homines uim longo usu confirmauit, sed nequissima calliditate istam auxit quotidie naturae suae inclinationem.

68 Audisti quibus artibus instructus ad hanc functionem peruenerit, quomodo earum artium professionem, quibus optime institutus est, subtili quadam uafritia ornet ac perpoliat. nunc audies qua ratione theatri studia retineat et primorum uoluntates quo uult inflectat. primum opinione doctrinae et sanctimoniae praecipuos uiros in aula ab imo ad summum dementauit, 5 quin et Imperatorem quoque ipsum, quod sine lachrymis exprimi non potest, hoc suo philtro, ne quid grauius loquar, inebriauit. taceo nunc horribiliora flagitia, quorum cogitatione totus animus conturbatur.

2 Quantum uero doctrinae aut uerae eruditionis habeat, uel pueri iudicare possunt, certe grammaticum esse negant. theologiae uero, qua ille se uel ma- 10 xime excellere arbitratur, tantum didicit, ut, si aliquas eius conciones sacras audires, non theologum de suggestu concionantem, sed hominem uinolentum aut furore Satanae correptum uel in theatro furiosissimorum hominum uel in ipso Furiarum choro bacchantem te audire iudicares. et tamen, cum uerus impostor sit, tenet plausum multorum, incedit opinione sapientiae tur- 15 gidus, cum reuera nullus in tota nostra schola sit puer, quem non illo furioso magistro doctiorem queas iudicare.

3 Deinde, quod summum est ac deplorandum maxime, conscientiam optimi Imperatoris tenet in manu, in eam crudelem carnificinam exercet, hanc unam praesentaneo ueneno pungit; quae si in conspectum oculorum cadere 20 posset, magis profecto sauciam eam uideremus quam ulla fuit in proelio Gallico interfectorum hominum strages. haec est profecto deploranda tyrannis, quam uibrato multarum impietatum fulmine in conscientiam clementissimi principis sibi usurpat flagitiosus quadruplator. accedit ad eum uultu ad simu-

59 superstitio Petri a Soto, artificium, in conciliandis sibi uoluntatibus hominum calliditas, doctrinae ruditas, tyrannis in conscientiam Caesaris, hypocrisis, ad expugnandum Caesaris animum technae, flabellum turbarum et caedium, conciones sanguinariae *in marg.* **A** || 61 quaedam … imago **A** quadam … imagine **P** 'par une belle apparence de superstition' **H**

2 institutus **A** doctus **P** || 6 exprimi **A** cogitari **P** || 9 uero *om.* **A** || 10 grammaticum esse negant **A** grammaticus esse negatur **P** || 16 in tota nostra schola **P** in aliqua bene instituta schola **A** || 17 magistro **A** monacho **P** | queas **A** posses **P**

25 lationem et hypocrisin composito, inflexo capite in humeros, cucullo usque ad oculos demisso, terram intuens modeste, complicatis manibus, ut, si faciem externam inspicias, uere credas hominem esse mundo mortuum, qui terrena omnia despiciat, coelestia modo contempletur, qui ne muscam quidem, etiam si uelit, laedere possit. salutat paucis et grauiter, deposito cucullo 30 moderate, hui quam religiose!

Tum suarum artium tractationem aggreditur et quasi coelo delapsus in 4 conuiuio deorum inmortalium assederit, quae a Ioue ipso deorum principe reuelata sunt incipit depromere sermone lento et articulato, ut facilius hac compositae fraudes in cor auditoris penetrare atque in eo radices agere pos- 35 sint. commemorat religionem maiorum, extollit Imperatoris zelum et pietatem. ibi suspiria fundens et lachrymas interdum eliciens deplorat collapsam religionem, labefactatam dignitatem ecclesiasticam, monet atque obtestatur Imperatorem, ut eam insistat uiam, quam a praedecessoribus traditam accepit quamque ipse usque ad hoc tempus cum magna foelicitate sit 40 insequutus, tueatur pacem et tranquillitatem in suis regionibus, uastet et populetur perturbatores rerum publicarum, et hoc genus infinita.

Insinuatus paulatim hac simulata modestia, tum uero promit affectus, tum 5 admouet omnes machinas, quas illi simpliciter suggerit Satanae furor. oppugnat Imperatoris animum, inflammat omnes principes in odium coelestis 45 doctrinae, conatur infinitis pene mendaciis Dei uocem deformare eamque salutaris doctrinae lucem extinguere, quam hoc tempore uidemus diuinitus instauratam.

Permouet animos principum, ut arma capiant aduersus Germanos, negans 6 uel Deum ipsis propicium fore uel ullam rem quam susceperint foeliciter ca- 50 dere posse, nisi prius ferro et igne funditus deleuerint Lutheranos, quos ille appellat ecclesiae desertores. neque finem dicendi facit, donec animos Imperatoris et caeterorum principum seditiosissimis concionibus uel in suam sententiam omnino traxerit uel certe in odium purae doctrinae inflammauerit. quod si eos ad persecutionem et crudelitatem uel cunctari uidet uel parum 7 55 cito suis uotis respondere, denuo Imperatorem aggreditur eumque ipsum ad curam salutemque suae animae, ad poenitentiam, ad confessionem, in qua ille regnat, cohortatur. ibi in priuata confessione extrema omnia conatur efficere, tragicos affectus mouet, ut Imperatoris animum, alioqui natura sua placidum ac moderatum, uel minis irae Dei uel promissis prosperi successus uel 60 usitatis fraudibus uel Satanae terroribus ad crudelitatem erga pia Christi membra, ad uastationem ecclesiae Dei et Christiani sanguinis effusionem in-

30 hui *mss.* heu *Campanus* || **34** auditoris **P** audientis **A** || **35** Imperatoris *om.* **P** || **38** praedecessoribus **P** maioribus **A** || **46** uidemus diuinitus **P** diuinitus uidemus **A** || **49** ullam rem **P** rem ullam **A** || **55** cito *om.* **P** || **56** suae animae **P** animae suae **A**

flectat. neque enim alia ratione contentus esse potest, nisi cruore Christianorum sit respersus crudelis homicida.

69 Si forte post haec omnia uel moderatione sua utitur Imperator uel eum in ambiguo uidet esse monachus, postremo suo fulmine ambigentem adoritur, "Caesarea Maiestas", inquiens, "sum in hoc loco a Deo positus, ut tuae Maiestatis, hoc est eius monarchae conscientiam curem, quem Deus in summo dignitatis gradu collocauit tanquam defensorem ecclesiae suae et ultorem 5 impietatum. est mihi praeterea potestas diuinitus tradita (quod non ignorat tua Maiestas) tanquam sacerdoti Dei ligandi et soluendi, remittendi peccata et retinendi iuxta illud: *quicquid ligaueris in terra, etc.* ego in conspectu Dei et sanctorum angelorum proposui tuae Maiestati quod ad salutem reipublicae, ad utilitatem ecclesiae, quod ad officium tuum supra modum est necessa- 10 rium. quod si tua Maiestas in re tanta, in qua uersatur reipublicae Christianae salus, uel cunctanter agit uel non assentitur ut istis catharmatis ecclesia Dei repurgetur, ego non possum te absoluere nec ea quam a Deo accepi abuti debeo autoritate."

2 Audito hoc uerbo: *non possum te absoluere,* Imperator, qua est bonitate, exi- 15 stimat se iam nunc in imo Tartari esse demersum, quando absolutio denegatur. neque se persuaderi patitur monachus, ut absolutionem pronunciet, priusquam Imperatoris animum expugnauerit et prorsus ab eo uocem illam extorserit: *ut fiat inquisitio in suspectos atque extremo supplicio afficiantur omnes.* iam uero tecum considera quam diris uulneribus saucietur Imperatoris cle- 20 mentissimi conscientia. hac uoce Imperatoris impetrata monachus ad Granuellam, qui primas tenet in gubernatione, progreditur. huius uoluntatem tenet in manu neque in huiusmodi causis aliter ipse quam ex praescripto monachi mouetur. neque desunt in aula qui ausint affirmare alteri alterum arctissimo foedere copulatum esse, ut Granuella in persecutione Christiano- 25 rum monachi praescriptum sequatur, rursus monachus apud Imperatorem autoritatem dignitatemque Granuellae ac suorum tueatur et filios quos habet

3 ad honores et dignitates curet promoueri. huius foederis exempla et quasi fructus manifeste nostris oculis uidemus. nam eiusmodi persecutio in hac regione instituta dicitur qualis a memoria hominum nulla extitit, neque sine 30 ingenti Christiani sanguinis effusione absoluetur. rursus ex altera parte, ut monachus pro officio gratiam aliquam reponat Granuellae, nuper eius filium Episcopum Atrebatensem etiam de consensu Imperatoris Archiepiscopum

8 *quicquid ligaueris in terra, etc.*] *Matth. 16, 19*

1 extremus hominis crudelissimi conatus *in marg.* **A** || 2 uidet esse **P** esse uidet **A** || 21 Caesar monachi mancipium, cuius et Gra⟨n⟩uellanus organon *in marg.* **A** || 23 huiusmodi **P** eiusmodi **A** || 28 monachi et Granuellani conspiratio *in marg.* **A**

Valentinum creauerat: quam ipse dignitatem etiamnum retineret, nisi Hi-
35 spani exterum hominem recipere noluissent. nam, si nescis, ea est in aula praxis et consuetudo, ut episcopatus omnes non minus de consilio et uoluntate monachi quam de sententia Imperatoris conferantur. is enim apud Imperatorem commendat quem cupit ad dignitatem euectum, atque ita commendat, ut quem uelit non difficulter ad episcopi dignitatem possit euehere,
40 quem autem nolit, etiam hoc officio dignissimum, pro suo arbitrio deprimere.

Cum haec audis, miraris fortasse unde haec autoritas monacho aut, cum tantum possit, quare sibi ipsi aliquem episcopatum non uenetur. sed profecto non miraberis, ubi monachi astus et uafra consilia intellexeris. nam eo ipso
45 gratiam et fauorem Imperatoris obtinuit, quod episcopatum (ut audio) oblatum contempserit. eamque tantum ob causam ille contempsit, quia maiora concupiscit, imo etiam longe maiora nunc possidet. quanto enim praeciosiorem thesaurum eum nunc possidere arbitraris, quum Imperatoris animum possideat, qui dominus est episcoporum, atque in eius uoluntatem inaudi-
50 tam tyrannidem exerceat, quam si in aliquo angusto aut humili loco tantum episcopum ageret? deinde, quantum suspicari possum, ad papatum adspirat. qualis nunc tibi uidetur noster monachus? qualem futuram ecclesiae gubernationem putas, quando ad unius peruersi monachi priuatos affectus inflectuntur reipublicae negocia? [4]

55 Vtinam uero, mi Francisce, ego tibi consultor adfuissem (ut hoc ipsum repetam) aut tu me prius conuenisses quam ad colloquium istius monachi accessisses! tantum enim ponderis meam orationem apud te habituram fuisse putarem, ut nunquam in tantum periculum, quantum tunc ignorabas, nunc autem experiris, peruenisses. uereor autem ne grauiora moliatur monachus
60 et cruentam ecclesiae Christi uastitatem meditetur. nam ut ego pro re certissima accepi, Imperatoris animum expugnauit et Granuellam cum reliquis omnibus, qui in gubernatione positi sunt, quotidie sollicitat, ut persecutionem in hac regione aggrediantur, quae meo iudicio talis paratur qualis post hominès natos fuit uisa nunquam.' [5]

70 Audiui ego attente omnia, et cum finem dicendi fecisse uideretur, sic respondi: 'equidem et illud quod postremo optabas libenter mihi a Deo concessum uoluissem, humanissime domine, quod salutare nobis fuisse non dubi-

34 ipse **P** ipsam **A** | nisi **P** si **A** || 35 noluissent **P** uoluissent **A** || 37 monachus quos uult promouet, honores callide contemnit, ad papatum adspirat *in marg.* **A** || 43 uenetur **A** uenatur **P** || 48 eum *om.* **P** | nunc possidere **P** possidere nunc **A** || 50 tantum *post corr.* **A** tyrannum **P** 'le tirant' **H** || 55 plerumque sera pro nullis sunt *in marg.* **A** *(incerti auctoris prouerbium)* || 56 accessisses **P** accederes **A** || 59 peruenisses **A** uenisses **P** || 64 fuit uisa **A** uisa fuit **P**

1 Francisci responsio *in marg.* **A**

tarem, si tam potuisset nobis tunc oportune contingere quam isthuc ipsum optare nunc licet impune. caeterum non sine admiratione te de monacho disserentem audiui, cuius fraudes, quamquam ego re ipsa sum expertus, nequaquam tamen ad summum malorum peruenisse putabam, quemadmodum in extremo ac deplorato gradu eas iam esse abs te intelligo.

2 Ac dum ego te copiose dicentem auscultabam, imposturas ac impietates monachi nostri ad incredibilem pietatem et mirandum pectoris candorem cum summa modestia coniunctum huius uiri, quem coram astare uidetis, tacita mecum cogitatione conferebam' (aderat forte Aegidius noster, qui, etsi linguae nostrae ignarus penitus erat, diligenter tamen eos uiros contemplabatur ac disserentes audiebat, quos amicos meos existimabat). 'nam ut de monacho nostro nihil aliud dicam quam quod res ipsa palam loquitur, nemo est, opinor, usque adeo rudis aut a communi hominum sensu alienus, quin facile intelligat eum uel obsessum esse uel Furiarum spiritu agitari.

3 Illud uero non praetermittam silentio, quod heri mihi contigit, ut intelligatis aliorum quoque iudicia de hoc monacho non male ad sensum uestrum congruere. fuit heri apud me in hoc loco insignis quidam uir ex aula Imperatoris, ciuis Bruxellensis, qui narrabat se iterum atque iterum monachum conuenisse de quibusdam negociis, quae tum ad meam, tum ad aliorum causam pertinebant. et quoniam Hispanicum sermonem non tenebat neque monachus Gallicum nouerat, Latine inter se loquuti sunt. is affirmabat primo statim colloquio duas huius monachi uirtutes potuisse deprehendere: alteram quod ex sermone iudicabat eum indoctissimum, qui Latine loqui non poterat, quin tertio quoque uerbo in grammaticas regulas laberetur, alteram ⟨quod⟩ ex oculorum truculentia totaque uultus et corporis compositione animaduertebat hominem esse proditorem et fraudulentum. ac in hoc se tantum ad me uenire praedicabat, ut meam tarditatem reprehenderet, qui has illustres monachi uirtutes uel prima fronte non potuerim agnoscere.

4 Fatebar et ego ingenue tarditatem ingenii mei, qui non potuerim deprehendere, quod caeteris omnibus apparebat uel manifestissime, quamquam non obscure uidere poteram hominem esse indoctissimum, qui ne puerorum quidem grammaticae regulas teneret, quod facile principio potui iudicare, cum eum perlegentem audirem. arbitrabar quoque multum in eo superstitionis esse, ut in monacho Dominicano, addo etiam Hispano: quo uerbo nescio quid maioris emphasis multoque plures ac illustriores monasticae uirtutes

6 sum **P** sim **A** ‖ 20 aulici Bruxellensis de monacho iudicium *in marg.* **A** ‖ 23 pertinebant **P** pertinerent **A** | tenebat **A** teneret **P** ‖ 25 duae monachi uirtutes: [1]inscitia *in marg.* **A** | huius *om.* **P** ‖ 26 quod *om.* **P** ‖ 27 grammaticas regulas **P** regulas grammaticas **A** ‖ 29 se tantum **P** tantum se **A** ‖ 33 manifestissime **P** manifestissimum *post corr.* **A** ‖ 36 Hispani superstitiosi *in marg.* **A** ‖ 36–37 superstitionis esse **P** esse superstitionis **A**

comprehendi posse uidentur quam si aliarum gentium monachi nominentur.
40 tantum uero proditionum, tantum fraudum, tantum deploratae impietatis in
hoc monacho regnare ne suspicari quidem potui. iam autem, si admiranda 5
Dei dona, quae in hoc Aegidio nostro relucent, cognosceretis, non dubito
quin eum magis celebrandum, magis laudibus uehendum putaretis quam
monachum nostrum, et quidem merito, iudicatis uituperandum.'
45 'Atque te quaeso', inquit, 'Francisce, ne graueris quid sit hominis signifi- 6
care. nam et otiosi sumus et nihil nobis accidere potest hoc sermone iucun-
dius tibique fore non ingratam huius uiri recordationem arbitramur, quem
abs te unice amari teque ab ipso perdiligenter obseruari animaduertimus: ita
nunquam abs te oculos deflectit, quasi uellet suam ipse uoluntatem ad tuum
50 nutum attemperare.'
'Et ego sane multo' inquam 'libentius in hoc argumento uersabor quam in 7
fraudibus flagitiosi monachi uel audiendis uel recitandis, meque profecto
perbeatum esse putarem, si nunquam huius abominandi portenti uel mentio-
nem ullam audiuissem.'
55 'Et nos' inquiunt 'iam quoque satias tenebat tantorum flagitiorum, et 8
quasi missionem ab eo argumento postulabamus, quamquam minime solum
hoc monstrum alimus in aula, ne tu sis nescius, neque solum apud Hispanos
reperiri posse existimato. plura sunt ac pene innumera portentosa capita, ut
etiam hoc monstro superato Lerna quaedam multorum capitum exoriatur;
60 sed cuius non prius mentionem facere aggrediemur quam tu suaui aliqua
Aegidii nostri (quid enim prohibet nostrum appellare quem tuum esse co-
gnouimus?) commemoratione nostros animos recrearis.'
'Audite', inquam, 'optimi uiri, quod de Aegidio nostro ego sentio: nihil **71**
uos tam acerbum de ullo Hispano posse commemorare, quin huius sancti
hominis uirtute superetur, nec antesignanum ipsum confessorem (quem ho-
noris causa nomino) tantum esse ullo suo facinore deformatum existimo,
5 quantum admirandae uirtutis ac uerae religionis exemplis Aegidium no-
strum mirifice a Deo ornatum cumulatumque post paulo uos ipsi iudicabi-
tis.'
Denique narraui Aegidii uirtutes, quas in eo illustriores ego notaueram, 2
hortatusque sum ne frigido meo sermone contenti essent, a quo non magis
10 eas pro dignitate narrari posse uidebam quam si Herculis cothurnos infanti
uellem adaptare, sed potius ipsi sermonem cum eo miscerent atque illam

41 Aegidii encomion *in marg.* **A** ‖ 44 nostrum *om.* **P** ‖ 49 ipse **P** ipsam **A** ‖ 55 satias **P** satietas *post corr.* **A** ‖ 56–57 solum hoc monstrum **A** hoc monstrum solum **P** ‖ 59 monstro **A** monacho **P**

1 habent uariata leporem *in marg.* **A** *(cf. Phaedr. II prol. 10 et Eurip. Or. 234)* ‖ 3 contraria inter se opposita magis flaccescunt *in marg.* **A** *(haec sententia prouerbii speciem habet)* ‖ 11 sermonem cum eo **P** cum eo sermonem **A** | atque **P** ut *post corr.* **A**

diuini hominis uocem sonantem audirent, ex qua dignitatem hominis uere possent aestimare. hoc illi fecerunt diligenter et, ubi multa cum eo loquuti essent, facile animaduerterunt permaligne antea sermone meo esse laudatum et nulla de Aegidio mea praedicatione excellentem eius uirtutem aequari po- 15 tuisse. deinde ad me conuersi 'quoniam' inquiunt 'horam prandii iam instare uidemus, tibi nunc ualedicemus, Francisce, sed ea lege, ut paulo post ad te reuertamur.'

3 Tum ego: 'id fortassis facere uultis uel quia uos taedet huius loci uel quod libertatis uestrae decreuistis facere periculum, utrum egressuris nostrae uobis 20 pateant fores, quemadmodum ingrediuntibus patuerunt. sed estote bono animo et modo absit peracerba illa extinctae libertatis cogitatio, quod potissimum eos, qui custodia corporis premuntur, solet excruciare. scitote uos non minus libere hic apud me quam in aedibus uestris posse uersari. nostra uero longe diuersa conditio est. nam postea quam nimia quadam hospitae 25 nostrae facilitate semel in hunc locum admissi sumus, nullis deinde precibus ab ea impetrare possumus, ut in liberiorem aërem rursus dimittamur. uobis autem et uenientibus et abeuntibus aperiet nulla difficultate.

4 Quare, nisi uos offendit captiuorum sodalicium aut parum splendidum apparatum nostrum fore putatis, mecum manebitis in prandio, ut uestra prae- 30 sentia et colloquio animus alioqui perturbatissimus nonnihil recreatur. et si in tanto luctu ullus uel iucunditati uel iocis erit locus, orabitis quoque hospitam nostram, quam hic uidetis, et quidem perpetuo hilarem et facetam, ut uobiscum me saltem prodeambulatum ire permittat. quamquam uereor ne hac in re frustra uobis iste suscipiatur labor.' 35

5 'Nos uero' inquiunt 'nec sodalicio offendimur nec apparatus splendorem postulamus neque rursus eripiendam nobis libertatem extimescimus. quod tamen si contingeret, non modo liberam animorum possessionem retineremus, sed etiam in hoc loco, in hoc sodalicio, ubi tua praesertim atque Aegidii consuetudine frui liceret, non admodum acerbam captiuitatem neque 40 auersandam iudicaremus. quare libenter apud te manere uolumus uel hoc ipso, ut te aliquantulum exhilaremus et apud hospitam quoque tua causa intercedamus. quamquam uereor ne oratores nos quidem simus diligentes, at non exoratores. sed ipsa adest – 'heus!', inquiunt, 'hera, si pateris, manebi-

43–44 quamquam … exoratores] *cf. Ter. Hec. 9–11*

12 uocem … hominis **P** uirtutem *suprascr.* **A** || **14** animaduerterunt permaligne **P** agnouerunt pene maligne **A** || **15** nulla … mea praedicatione **P** nullam … meam praedicationem **A** | aequari **P** aequare **A** || **19** Franciscus aulicos ad prandium inuitat *in marg.* **A** || **21** ingrediuntibus] *siue scribam siue auctorem nostrum analogia hic decepit, sed grammaticae indulgere nolui* || **36** aulici inuitati in carcere prandere non abnuunt *in marg.* **A** || **41–42** hoc ipso **P** ob hoc ipsum *post corr.* **A**

45 mus tecum in prandio, sed ea conditione, ut post prandium Franciscum ire nobiscum deambulatum permittas bona fide ad coenam reuersurum.'

'Ego uero' inquit illa 'neque luctu captiuorum qui hic tenentur delector et 6 multo magis Franciscum esse in libertate positum optarem. sed illius consuetudine in primis delector nec eum sic odi, ut tam cito uelim meis aedibus ex-
50 pellere, neque uos optare aequum est, quod sine magno meo malo contingere non posset. commodius multo uos apud eum manere poteritis. quod ut faciatis, non solum permitto, uerum etiam maiorem in modum uos oro. extruam uobis luculentum ignem et uestri causa parabo lautius conuiuium. adferetur quoque selectum uinum, ut hunc hominem aliquantulum exhilaretis,
55 a quo, dum hic fuit, uix ullum uerbum nisi seuera quadam grauitate tinctum extorquere potuimus. certe perpetuo illum uidi tristiorem quam iuuenilis aetas postularet.' tum illi: 'sit ita, ut dicis; sed, heus tu, ut liceat in apertum uenire coelum, cum libebit!' 'id quidem erit in arbitrio uestro.' atque ita uentum est ad prandium, quod iucundis confabulationibus cito finiuimus.
60 tandem peracto prandio ad eumdem nos retulimus locum ubi antea colloquium nostrum fuerat institutum. ibi noster Hispanus sic coepit:

'Audiuisti de monacho nostro, cuius proditiones uel tacente me facile tu **72** quidem ex ea qua aduersum te usus est fraude aestimare potuisti. nec arbitror tuum iudicium in hac parte a sententia nostra discrepare. caeterum, quoniam uideo te nimis benignum rerum Hispanicarum aestimatorem, hoc
5 errore, si potero, te liberabo. scito igitur non solum confessorem esse inter Hispanos inimicum doctrinae Christianae. etsi autem hunc propter ingentem audaciam uel praecipuum statuo, tamen illud uerissimum est praecipuos Hispanos, utcumque sibi praetextu nominis ecclesiae blandiantur, re ipsa acerrimos esse Dei hostes, et tales hostes, ut, quo quis eorum in ampliore dignita-
10 tis gradu est et opinione religionis aut doctrinae celebrior apud uulgus existimatur, hoc hostilius aduersus gloriam Dei et euangelium Christi coniurasse uideatur.

Habemus in hac aula multos episcopos, quorum in primis officium erat 2 pascere populum Dei pabulo coelestis doctrinae, quam ipsi prorsus ignorant,
15 imo etiam persequuntur, quorum inscitiam et rerum omnium bonarum ignorationem cum incredibili arrogantia coniunctam, praeterea superstitionem, impietatem, manifestam idololatriam, qua mirifice turgent, si narrare uellem, longum profecto opus texendum susciperem.

Sed tamen, ut gustum aliquem tibi praebeam, certissimo ac notissimo 3

47 hospitae satis commodum et beneuolum responsum *in marg.* **A** || 52 uos *om.* **A** || 59 ad *om.* **P**

1 Hispani plerique purae religionis hostes acerrimi, maxime dignitate aliqua excellentes *in marg.* **A** || 11 existimatur **A** aestimatur **P** || 19 episcopi Hispani indocti *in marg.* **A**

exemplo, omissis uulgaribus episcopis nostris, qui se prorsus ἀναλφαβήτους 20
esse fateri coguntur, unum illum Archiepiscopum Compostellanum tibi profero, quem tu probe nouisti, cuius insignis pietas, excellens doctrina sic ab omnibus Hispanis celebratur, ut diuinum quoddam numen inter mortales existimetur et iam nunc ipsi uiuo diuini honores decernantur. ego uero contra maximorum hominum sententiam sic de isto uiro iudico: nullam esse pe- 25
stem, quae tam cruenta strage grassetur in humana corpora, quantum istius hominis doctrina deque eo celebrata opinio crudelem carnificinam conscientiarum et animarum lanienam exerceat, Dei gloriam flagitiose laedat et pro oraculis diuinis suas imaginationes, sua somnia, tanquam idolum in animis hominum erectum, et tremenda et adoranda statuat. ne, quaeso, te perturbet 30
oratio mea, Francisce, aut eam quasi portentosam aut a ueritate quam alienissimam asperneris; teque uehementer oro, ut tantisper integro animo dicentem audias tuamque sententiam suspendas, quoad rationes meas, nimium sane firmas, audiueris; quae si placebunt, iisdem mecum uteris, sin aliter, liberum esto impugnare. ac ego quidem tantum abero a pertinacia in 35
tuendo sententiam meam, ut, si firmiores ex te rationes audiuero, non grauatim tibi concedam ac insuper gratias agam, quod me errore liberaueris, quem equidem prudens ac sciens nullo modo uellem defendere.

73 Primo igitur scito hunc unum inter omnes Hispanos sacram euangelii doctrinam non modo extreme auersari, sed etiam ferro et igne extirpandam iudicare: imo etiam Imperatorem quoque ipsum seditiosis clamoribus ad exercendam crudelitatem erga uera membra Christi non raro solere impellere. huius sententiae meae te ipsum iudicem facio, qui non ita pridem eum Ant- 5
uerpiae insanis uociferationibus, non dicam concionantem, sed uere furentem et concionem ipsam ad seditionem excitantem audiuisti. qua in concione non pauca ille in te oblique dicitur eiaculatus, multa in libellum Hispanicum, quem ipse aut non intellegit aut flagitiose ueras ecclesiae Dei sententias, quae in eo continentur, uituperauit, cum tu ipse proximus illi se- 10
deres (ut ab eis, qui interfuerunt, accepi), quem tamen ipse non potuit agnoscere.

2 Deinde, ne sis nescius, iste unus uel praecipuus est, qui prohibuit ne in Hispania Nouum Testamentum legeretur neue sacrae literae in manus hominum uenirent. iste quoque Nouo tuo Testamento Hispanico primus restitit 15
sibique facinus incendio dignum uideri pronunciauit, quod Nouum Testa-

24 archiepiscopi Compostellani elogium, qui acerrimus Euangelii hostis Noui Testamenti Hispanis interdicit; Vlmae templum uisit, simulacra sublata queritur, uitream Christi imaginem adorat *in marg.* **A** || 31 quam *om.* **P**

1 unum **A** uirum **P** 'cest homme' **H** || 8 ille *om.* **P** || 9 flagitiose *om.* **P** || 11 ut … accepi *om.* **P**

mentum Hispanica lingua aederetur, quasi uero animarum salus, quae in euangelio nobis patefacta est et oblata, non perinde ad Hispanicos homines quam ad reliquas orbis nationes pertineret. an tu humani hominis uoces, ne-
20 dum magni alicuius doctoris sententias, haec portenta existimabis an uero Furiarum iacula, quibus misera infirmorum corda uulnerata et transfixa in horribilem desperationem ruant? o extremam atque execrandam blasphemiam, sacrosancta aeterni patris oracula ex hominum conspectu et memoria delere et miserum populum Dei esurientem ac sitientem doctrinam Christi
25 ex imposturis ac somniis seniculi delyrantis suspensum uelle tenere! hunc tu nobis delyrum senem laudabis? hunc furiosum homuncionem audiendum, hunc magnificiendum ac non potius tanquam perniciem animarum fugiendum putabis?

Dicam quod ego ipse uidi, cum ante menses aliquot in ciuitatem Germa- 3
30 niae Vlmam perueniremus: uoluit iste seniculus uidere templum illius urbis, quo deferebatur mula sua, stipatus magna sacellanorum caterua. cum forte ipsum templum ingrederetur et fenestras uideret simpliciter uitreas, nulla colorum uarietate, nulla sanctorum pictura ornatas, e uestigio in ipso limine templi totus exanimatus cecidit, non secus quam si uere mortuus exanime
35 cadauer cecidisset. accurrunt sacellani et reliqui ministri ignorantes quid illi euenisset mali; attollunt iacentem humi et uix tandem post multam horam ad se reuersum in scamno eiusdem templi collocarunt.

Rogant qui erant magis familiares, quid illum mali haberet. ille tum mo- 4
uens caput, complicatis manibus et totius corporis habitu ad mirabilem
40 quandam superstitionis formam composito, pene lachrymas effundens coepit deorum inmortalium fidem opemque implorare, ut uindictam de coelo mitterent in istos sacrilegos canes (Germanos appellabat canes), qui templum Dei suis ornamentis spoliassent, sanctos Dei foras expulissent, nullum in uitreis fenestris sanctum, nullum in aris deum reliquissent. subseruiebant quo-
45 que illius orationi nonnulli ex sacellanis et simul Archiepiscopum prae dolore semianimem cohortabantur; quorum unus respondit mirandum non esse, si, qui sanctos Dei coelo expellere conantur, cum eorum adorationem et inuocationem tollunt, templis quoque sacris in terris eosdem exterminandos curent.

50 Ibi sublatis in coelum oculis forte uidit Archiepiscopus in angulo superio- 5
ris templi uitream quamdam fenestram, in qua depicta imago Christi coloribus apparebat. tum ille nimia quadam alacritate in medium templi prosiliens humi se prostrauit et uitreum Deum uenerabundus adorauit. ibi flexis genibus palmas et uocem ad imaginem tanquam audituram extendens, "gratias"

18 nobis *om.* **P** | est et oblata **P** et oblata est **A** || **22** horribilem **A** miserabilem **P** || **30** illius **A** eius **P** || **35** illi *om.* **P**

inquit "tibi ago, Deus, qui te mihi seruo tuo in hoc loco ostendere uoluisti. 55
nam isti canes minime haud dubie te uidere potuerunt; alioqui iamdudum te
fregissent, lacerassent atque in desertum aliquem locum extra templum eie-
cissent, quemadmodum caeteris diuis accidisse uidemus."'

74 Haec autem uerba eo affectu, eo colore Hispanici sermonis ab eo pronun-
ciabantur, ut equidem non sine risu tum audire potuerim neque eamdem
nunc uenustatem Latine possim imitari. caeterum ne uiderer idem plane
cum ipso sentire, praesertim de eo uiro, qui apud nostros omnium maxime
pius ac doctus semper est habitus, cuius exstarent quoque non leuia pietatis 5
argumenta, negaui me in eo iudicio ipsi assentiri posse. 'nam quod de Ar-
chiepiscopo' inquam 'commemorasti exemplum, agnosco ingentem hominis
zelum, quamquam, ut Paulus ait, non omnino secundum scientiam. itaque
nostri candoris erit infirmitates hominum boni consulere et naeuos aliquos
fratri condonare. praeterea uero reliqua hominis uita inculpata est et ea 10
laude praeter caeteros cumulatus dicitur, ut quicquid habeat pauperibus elar-
giatur, nec ullus ad eum uenire uisus est, quin aliquo beneficio donatus ab
eo recedat. in tanta uero seculi nostri corruptione singulares huius praesulis
uirtutes permagni aestimandas duco.'

2 'Duram nimium' inquit 'suscipies prouinciam, Francisce, si manifestam 15
idololatriam uel specioso externae uitae splendore, qui in oculos hominum
incurrit et mentes imperitorum mouet, quasi cerussa et purpurisso uelis colo-
rare, uel extremam corruptelam in summa et maxima doctrina de filio Dei
seruatore nostro naeuum condonandum appellabis. an ignoras consuetudi-
nem Satanae, qui se in angelum lucis non raro solet transformare, ut hac 20
3 fraude miserorum animas secum in perniciem trahat? aufer igitur nobis ista,
quae superstitione non carent, "eleemosynas largitur", "mansuetus est" et
hoc genus alia fucata opera quae in homine quoque ethnico reperiuntur. et-
enim haec omnia imperitorum animos feriunt, hominem autem uel medio-
criter in doctrina Christi institutum mouere non debent. quin etiam illa, 25
quae sua natura uel mala non sunt uel multitudinis quoque iudicio laudabi-
lia uideri possent, uiciosa profecto iudicari debent, quando ex impio cordis
affectu tanquam ex corrupta radice proficiscuntur uel ad captandam inter
homines gloriam uel ad palliandas grauiores impietates sunt comparata.

4 Quod autem huius Episcopi et actiones et sermones nihil aliud re ipsa 30
quam letale uenenum spirent et ad fundendum Christianum sanguinem ten-

8 non ... scientiam] *Rom. 10, 2* || 20 qui se ... transformare] *cf. 2 Cor. 11, 14*

1 colore **P** calore **A** || 2 non **P** neque **A** || 3 idem plane **A** plane idem **P** || 6 Francisci pro Archiepiscopo uerba *in marg.* **A** || 10 uero *om.* **A** || 15 hypocrisis larua detrahenda *in marg.* **A** || 29 sunt *om.* **P**

dant, testatur illa celebrata hominis uox, quam, postea quam in hanc regionem peruenit, semper iactauit eamque coram Imperatore protulisse fertur: de Germania quidem Superiore plane desperandum esse unquam ad consen-
35 sum catholicae ecclesiae, quam Romani Pontificis tyrannidem appellant, redire posse; caeterum de Inferiore, si Imperator sex milia hominum capita iuberet amputari aut totidem corpora flammis consumpta in cineres redigeret, esse aliquam spem, ut reliqui prae metu conuerterentur.

Ita ille praeclarus Episcopus metu et tyrannide oppressum imperium te- 5
40 nere uult, non prudentia, aequanimitate et moderatione stabilitum. an tu istam esse humani hominis uocem existimabis? mihi profecto Satan perpetuo erit qui tantam impietatem audet in animo suo cogitare. hic uero excellens Episcopus, quem tu prae caeteris laudandum putas, quia eleemosynas largitur, quia concionatur, non modo haec in animo meditatur suo, sed prae
45 nimio affectu in uoces quoque blasphemas erumpit. est autem eo abominabilior impietas, quo magis praetextu pietatis quasi uelamine tecta et minus ab imperitis agnoscitur et efficacius in animos hominum penetrat. inebriat igitur mentes uenenatis poculis, quae foris deaurata, superius dulcedine mellis illita, non citius malum, quod in ipsis continetur, produnt, quam totum ue-
50 nenum iam sit exhaustum.

75 Audi quo iudicio sit praeditus iste singularis Archiepiscopus. uoluit Antuerpiae imaginem quemdam diuae Virginis emere in eo loco quem uulgo Ambitum uocant, ubi innumerae pene picturarum uarietates publice uendendae proponuntur. et quia de precio non potuit conuenire cum artifice,
5 homo alioqui nimium liberalis recessit. paulo post misit famulum, qui Episcopi nomine renunciaret pictori, si uellet eodem precio concedere imaginem, Episcopum additurum esse benedictionem filio, quae res totam illius domum faceret beatam. respondit pictor sibi quidem fore multo gratius, si panem oblitum butyro daret filio, quam centum eiusmodi benedictiones.
10 cum hoc renunciaretur Episcopo, dixit coram omnibus qui cum eo aderant: "ausim affirmare illum esse Lutheranum".

Referam quod ultimis diebus illi contigit Antuerpiae. iusserat sibi depingi 2 imaginem Christi, quemadmodum pendebat in cruce, ut latrones quoque duo utrinque penderent. cumque opus iam perfectum ad Episcopum deferret
15 pictor, priusquam ad ipsum admitteretur, exceptus fuit a sacellanis in anteriore aula. illi diligenter imaginem contemplantur. narrant sibi placere om-

32 archiepiscopi Compostellani uox sanguinaria *in marg.* **A** || 38 conuerterentur **P** conuertantur **A**

1 archiepiscopi cum pictore actio *in marg.* **A** || 2 Ambitum = *peristylum, claustrum. Gall. cloître. ambitus proprie idem ac circuitus. Gall. enceinte, circuit (Du Cange). 'La Bourse' uulgo, ut uidetur, nuncupabatur* || 7 esse *om.* **P** | filio *om.* **P** || 12 alia eiusdem generis historiola *in marg.* **A**

nia, nisi quod in pingendis latronibus parum obseruasset pictor decorum personarum. "quid ita?" rogat pictor. "quia uel utrumque uiuum" inquiunt "uel certe dextrum plane uiuum, sinistrum uixdum semimortuum depinxisti, cum uterque deberet esse omnino mortuus. quis enim unquam uidit homi- 20
3 nes suspensos uiuere?" tum pictor "imo uero" inquit "in utraque re potissimum decorum obseruaui. nam diserte legitur apud Lucam sinistrum blasphemasse, dextrum eius impietatem uituperasse, adeoque ex eo ipso tempore concionatorem apud eum egisse. loqui autem inter se non poterant, si fuissent mortui." dum haec aguntur, forte ingreditur Episcopus; rogat qui- 25 dnam inter eos disputetur. respondent sacellani quod res erat: pictorem excusare opus suum et quidem de sententia Lucae, qui dextrum latronem in cruce loquutum esse affirmat, quod facere non potuisset, si fuisset exanimatus.

4 Ad hanc uocem perturbatus Episcopus, quasi rem portentosam audiuisset, 30 "auertant" inquit "superi quod audio: pictorem scire quid dicat Lucas, pictorem legere euangelium, pictorem ex sacris literis argumentari! o blasphemiam!" tum ad suos conuersus uoce lamentabili "omnes" inquit "in hac ciuitate sunt Lutherani. parate sarcinas nostras, eamus celeriter hinc." tantum fuit offensus uoce pictoris, ut postridie se contulerit in Zelandiam, ubi 35 nunc est, expectans uentum secundum, quo traiiciat in Hispaniam, hoc est ualde procul ab istorum Lutheranorum conspectu. nam haec est perpetua hominis ad Deum precatio, ut foeliciter eum ad suam ecclesiam inter Christianos reducat neque inter istos canes haereticos morte oppressum iri patiatur.

5 Fruetur ille quidem propediem deliciis suis, atque utinam eum comitaren- 40 tur nonnulli qui manent in hac aula homines pessimi, qui suum uenenum ubiubi sunt sine modo spargunt, ut tanto pauciores inimicos cum in publica tum in priuata tua causa haberemus! nam praeter istos manifestos hostes sunt in hac aula quidam praeclarae existimationis uiri, quos tu familiariter nosti, qui, cum olim rectae sententiae fuerint, nunc autem ad honores ac di- 45 gnitates aspirant uelut hiantes lupi et ad gratiam hominum loquuntur et se in latus nauis foelicius inclinant. haec est aulica sapientia, quae inter sapientes istius mundi magnam habet admirationem, in schola uero Christi et nullo numero habetur et nepharia potius iudicatur. utcumque tamen istiusmodi homines iure exsecrandi uideantur, uix arbitror eos tibi damno esse posse, 50 quem alioqui priuatim amant, et propediem cum Imperatore sunt in Germaniam profecturi.

22–24 sinistrum ... egisse] *cf. Luc. 23, 39–43*

21 utraque **P** ea **A** ‖ 23 ex *om.* **A** | ipso *om.* **P** ‖ 25 ingreditur **P** egreditur **A** ‖ 30 digna episcopo papistico uox *in marg.* **A** ‖ 36 quo **A** ut **P** ‖ 47 aulica sapientia *in marg.* **A** ‖ 48 istius **P** huius **A**

76 In eo autem uel maxime laborandum est, ut tota causa in hac aula Burgundica definiatur neque ullo modo Hispanicis inquisitoribus cognoscenda mandetur. quod si fiat, auertat Deus ingentia mala, quae sine ulla dubitatione inde consequentur! neque enim existimare debes quippiam in eis hu-
5 manum esse praeter formam et mirabilem quemdam pompam, quae luxu uestium, apparatus splendore, numero stipatorum et asseclarum strepitu constat, quibus rebus imperitis hominibus terrorem incutiunt. caetera uerissimae Harpyiae sunt aut Satanae ministri, qui Furiarum more in Hispania grassantur nec aliud studio habent quam opulentos homines suis facultati-
10 bus spoliare et myriadas animarum perdere. si quis uerbum unum uel ioco uel aliquo linguae lapsu dixerit, quod illis quoquo modo displicere possit, protinus ad supplicium rapitur, nec ei parcitur, quantumuis magna sit familia natus, etiam si Imperator ipse suam autoritatem interponat.

2 Tanta enim est inquisitorum potentia, quam infinitae monachorum pha-
15 langes fouent ac tuentur, ut, qui semel in eorum manus inciderit, summa cum difficultate queat inde liberari. ita mutuas operas uicissim tradunt, ut inquisitores nostri innumeram illam monachorum turbam, quae in Hispania nostra (ut scis) non solum regnat, sed etiam tyrannidem horrendam exercet, ament, complectantur ac defendant, quorum rursus praesidio inquisitorum
20 potentia, alioqui magna, stabiliatur. in tantum enim se extulit utrorumque tyrannis atque ita altera alterius partis ope et quasi coniurato praesidio indiget, ut dubitare queas, utra pars potentior debeat existimari.

3 His accedit totus ille theologorum scholasticorum ordo, sententia par, potentia inferior, autoritate uero propter opinionem doctrinae superior, ut sa-
25 cratus ille ternio numeris omnibus absoluatur. quicquid isti in suis synagogis magistraliter definiunt, etiam si centies contra manifestum Dei uerbum decreta constituantur, ratum ac firmum esto. si quis uel minimo uerbo aduersabitur, imo si quis parum accurate praescriptas ab ipsis sententias obseruauerit, protinus de medio tollito. his legibus suam tyrannidem stabiliunt et
30 uniuersam regionem suo nutu gubernant.

4 Sic ista tria hominum genera inter se coniuncta et munita sunt, ut cum reliqua tota regni potentia suis uiribus possint contendere, atque ita manifeste uidemus uel ipsis regibus et summis principibus esse formidabiles.

5 Quid quod in publicis scholarum disputationibus in dubitationem contro-
35 uersiamque uocatur, utrum sancti patres inquisitores (sic enim appellantur) possint errare? maxima pars hominum et quidem summorum theologo-

1 inquisitionis Hispanicae forum abominabile *in marg.* **A** || 14 inquisitorum in Hispania tyrannis [potentia *ante corr.*], cum monachorum potentia coniuncta, theologorum cum iisdem conspiratio, triceps Cerberus *in marg.* **A** || 29 protinus *om.* **P** || 34 inquisitores an errare possint quaeritur *in marg.* **A** || 35 appellantur **A** uocantur **P**

rum diserte affirmat eos ἀναμαρτήτους esse, quod ipsum de Romano Pontifice omnium scholarum consensu confirmarunt. certe in Hispania nemo impune auderet negare sanctos patres sanctae inquisitionis errare non posse. ego autem uere credo sanctos patres sanctae inquisitionis una cum Romano 40 suo Pontifice, quem illi tanquam uerum Deum in terris reuerenter colunt, pariter ἀναμαρτήτους esse, pariter pios, pariter sanctos, pariter inculpatos, pariter errare non posse. quod si ita est, quemadmodum illi esse uolunt, rursus pariter ἁμαρτωλούς, pariter impios, pariter exsecrandos, pariter facinorosos, pariter errare posse necesse est. 45

6 Audi quomodo in suis iudiciis progrediantur. obseruant in primis homines opulentos, homines doctos et eos qui honoribus et potentia paulatim crescere incipiunt. haec tria hominum genera habent inuisissima. nam diuitum facultates cupiunt exhaurire, doctos persequuntur, ne, si forte ad ueritatis cognitionem peruenerint, aliqui candidiores reperiantur qui ipsorum artes patefa- 50 ciant, tertium genus conantur reprimere ueriti ne, si ad summum fastigium dignitatis peruenerint, aliqua occasione ab ipsis opprimantur. istis igitur hominibus insidiantur, hos diligenter obseruant, si uel unum uerbum protulerint, quod aliquo modo in calumniam torqueri posset. aut etiam, si nihil dixerint, cum uolunt aliquem tollere, dixisse fingunt, et quem habent 55 suspectum, quod ipsorum dignitati posset officere, eum e uestigio comprehendunt, collocant in locis ualde tetris, finguntur causae horribiles, ut maiore inuidia innocens grauetur.

7 Nemo interim mortalium audet hiscere, aut, si quis uel parens ipse uelit pro filio interpellare, comprehenditur ipse quoque quasi haereticorum fau- 60 tor. nemo ad captiuum admittitur, solus in loco aliquo caliginoso sedet prorsus ignorans, quam ob rem sit comprehensus; nihil ei legere, nihil scribere permittitur. in densissimis tenebris cum infinitis miseriis, cum ipsis terroribus mortis illi misero est colluctandum.

77 Expende, quaeso, apud te, quanta ibi carnificina conscientiae, quanta desperatio esse debeat, quam tristes affectus, quantam iram Dei cogantur sustinere qui non recte instituti sunt in doctrina Christiana, quales ut plurimum esse solent qui ibi comprehenduntur. accedunt loci foeditas, contumeliae priuatae quibus afficitur miser, horribiles comminationes. saepe flagris cae- 5 ditur, non raro tormentis subiicitur. quin et contumeliae causa non raro ad publica spectacula producitur. detineris hoc modo ad multos annos, perpetuis cruciatibus excarnificaris, crudelius quotidie trucidaris quam si carnifi-

41 in terris reuerenter *om.* **P** || 46 processus inquisitorum *in marg.* **A** || 47 tria hominum genera inquisitoribus inuisa *in marg.* **A** || 59 in captos immanitas; captiuorum miserrima conditio *in marg.* **A**

6 non raro **P** saepe **A**

cis manu securi caput obtruncaretur. nam ipsam mortem, si cito consequi
10 posses, in lucro tibi esse ponendam putares, quae infinitis alioqui tormentis finem esset allatura.

Nec interim in causa tua promouetur hilum, aut, si promouetur, nullus 2 mortalium scit quid agatur, exceptis sanctis patribus et aliquot fortasse carnificibus, quos ad exequenda haec negotia habent coniuratos. omnia secreto
15 fiunt et tanquam sacra quaedam mysteria per manus sanctorum patrum occultissime traduntur. postea quam indignis modis per multos annos excruciarunt, si uitam retinere uis, omnia te diuinare oportet. nam in tota illa inquisitorum actione, in illo sanctorum patrum foro nihil omnino agitur aperto Marte, nihil non oblique, insidiose, clandestinis fraudibus et consiliis guber-
20 natur. occultus ibi est accusator, occultum crimen, occulti testes, omnia occulte ac te ignorante geruntur.

Si diuinare poteris quis te accusauerit, quod crimen intendat et quam ob 3 rem te agere reum uoluerit (et quis, obsecro te, in tanta confusione rerum diuinare poterit, etiam si domesticus sit proditor?), uita quidem tunc condo-
25 natur, sed non prius libertas conceditur quam in captiuitate multos annos expleueris, ac infinitis pene tormentorum formis consumptum (quam illi paenitentiam uocant) tandem dimittunt. quodque omnium grauissimum nostris hominibus iudicatur, publica uestis nota insigniuntur, qui ab inquisitoribus semel comprehensi fuerint, quae res in sempiternam totius generis contume-
30 liam deinde redundat. rursus, nisi diuinare potueris omnia, ilico terribilis 4 pronunciatur condemnatio, quae te uelut haereticum pertinacem flammis consumendum declaret, sed cuius condemnationis sententiam non prius exequantur quam te in tetro carcere multum diuque exercuerint. plurima exempla recitare possem cum superioris tum etiam praesentis nostri tempo-
35 ris, quae singularem sanctorum patrum zelum erga religionem non obscure queant declarare.

Nouimus Alphonsum Valdesium, secretarium Imperatoris, hominem prae- 5 stantem, cui propter doctrinam et autoritatem, qua excellebat, huiusmodi insidias struxerant satellites sanctorum patrum monachi, ut, si in Hispaniam
40 reuersus fuisset, non simplici mortis genere uitam illi ademissent sancti religiosi, quorum e manibus semel comprehensum ne Imperator quidem ipse extorquere potuisset. nouimus Ioannem Valdesium fratrem, qui in disciplina fraterna praeclare institutus, quia in Hispania uiuere non potuit, propter ean-

9 nam **A** quam **P** || 16 eorum qui uiui euadunt aerumnae, contumelia et infama *in marg.* **A** || 23 te *om.* **A** || 28 uestis] *sagum infame fuluo colore et cruce rubea signatum, quod Hispanice 'sanbenito' appellatur (uid. Cobarr. s.u.)* || 30 damnatorum cruciatus *in marg.* **A** || 30–31 terribilis pronunciatur **P** pronunciatur terribilis **A** || 37 Alphonsii Valdesii secretarii Caesarei exemplum *in marg.* **A** || 38 huiusmodi **P** eiusmodi **A** || 39 struxerant **P** parauerant **A**

dem causam Neapoli se continuit, qua in urbe insignem edidit fructum pietatis. 45

6 Nouimus Ioannem Bergaram Complutensem, hominem singulari prudentia et doctrina ornatum, obtrectatione monachorum a sanctis patribus comprehensum nec alterius criminis accusatum quam quod Erasmo Roterodamo faueret et eius scripta probaret; quem tamen Bergaram uix dominus quidem ipsius Archiepiscopus Toletanus Fonseca, totius Hispaniae primas, nisi post 50 aliquot annos detentionis maximis sumptibus, maximis laboribus potuit liberare.

7 Nouimus Doctorem Mathaeum Pascual omni bonarum artium cognitione instructum, insignem theologum, trium linguarum peritum; qui cum in schola Complutensi disputaret et calore disputationis eo deductum esset ar- 55 gumentum, ut aduersarius ex uerbis ipsius ita colligeret: si res ita se haberet, sequeretur non esse purgatorium, ad hoc respondit Doctor Mathaeus: 'quid tum?' propter hoc unum uerbum, quod poterat tamen uideri ambiguum, sine mora in custodiam sanctorum patrum est traditus, unde nisi post longissimum tempus non potuit liberari et quidem omnibus facultatibus spoliatus; 60 deinde Romam se contulit, ubi nunc uiuit tranquille.

8 Sed quid ego peregrina et fortassis moderata exempla commemoro, cum domi habeamus et recentiora et illustriora? nouimus Abbatem Complutensem, uestrae ciuitatis concionatorem, hominem suspiciendae dignitatis; qui cum iam septuagenarius esset atque eius autoritas in tota Hispania quasi 65 diuinum quoddam numen celebraretur, accusatus a monachis, non solum illi sancti patres in senem uenerandum manus coniecerunt eumque longo tempore in carcere cruciarunt, sed etiam uix tandem in conspectum hominum prolatum, qui iamdudum extinctus putabatur, ad contumelisissimam nescio quorum articulorum recantationem coegerunt. 70

9 Praeterea uidi ego, cum nuper essemus Ratisponae, Hispanum quemdam, qui Burgensis quoque dicebatur, comprehensum, quem postea in Hispania flammis exustum esse audiui. et quoniam uterque erat uestrae ciuitatis et, nisi fallor, Abbas Complutensis aliquo te cognationis gradu attingebat, arbitror illorum historiam et causam, quare uterque comprehensus, alter exustus 75 fuerit, tibi constare. quare si quid memoratu dignum uel in altero uel in utroque fuisse iudicabis, quaeso te ne graueris commemorare.'

46 aliorum Hispanorum exempla *in marg.* **A** || 49 tamen **A** tum **P** || 53 Pacual **P** Pascualem *post corr.* **A** | Matthaeus Pascualis ob unum uerbum in carcerem datus *in marg.* **A** || 58 poterat tamen uideri **P** tamen uideri poterat **A** || 62 abbas Complutensis ad palinodiam adactus *in marg.* **A** || 66 accusatus **P** et accusatus fuisset *emendauit* **A** *uerborum inconsequentiam e medio tollere moliens* || 69 prolatum **P** productum *post corr.* **A** || 71 Burgensis Hispanus combustus *in marg.* **A** || 75 illorum *om.* **P**

Tum ego: 'etsi grauiter afficiar recordatione tristissimae calamitatis amicorum, quorum utrumque popularem meum, utrumque amicum et familiarem, alterum etiam cognatum agnosco, dicam tamen, quando ita uultis, quod ego de utroque scio, quamuis in simili luctu constituto magis conueniebat alicuius minus acerbi doloris argumentum quam rerum tristissimarum narratio. de sene igitur nostro prius. **78**

5

Erat D. Petrus de Lerma (ut dixi antea) pene septuagenarius, clara nostrae ciuitatis familia natus, qui propter aetatem, dignitatem, magnam rerum peritiam, excellentem doctrinam, singularem prudentiam, tanti habebatur a nostris, ut illius iudicium instar oraculi in tota Hispania omnes uenerarentur, ad cuius sententiam tanquam ad Lydium lapidem grauissima regni negotia examinarentur. erat homo opulentus, Abbas Complutensis, canonicus et concionator nostrae ciuitatis, cuius annui reditus quinque aut sex aureorum milia superarent. et quoniam erat in schola Parisiensi omnium theologorum antiquissimus, iuxta morem ibi receptum Decanum theologicae facultatis Sorbonici socii creauerunt. 2

10

15

Vixit Lutetiae totos quinquaginta annos, sed eo tempore, quum nihil aliud quam disputatricem illam theologiam, plenam uanitatis et tenebrarum, omnes scholae personarent. noster uero, quoniam naturae bonitate praeter caeteros ualebat, etsi in scholasticis disputationibus erat ualde exercitatus, adiunxit tamen sacrarum literarum lectionem, sine quarum cognitione ac exercitatione facile uidebat nullam rerum sacrarum solidam eruditionem posse constare. eam doctrinam proponebat in popularibus concionibus, quantum ferebat illa aetas, illa institutio, quae tum fuit, ut omnes norunt, deprauatissima. 3

20

25

Postremis autem temporibus, cum forte incideret in libros Erasmi Roterodami, quem admirando suo consilio hac nostra aetate Deus excitauit, ut studia bonarum literarum illustraret et sacram doctrinam instauraret, candide agnouit ea studiorum genera, in quibus eo usque fuerat uersatus in schola, magis ad inanem ostentationem quam ad ueram aedificationem conducere. ex eo igitur tempore coepit multo purius concionari et cum maiore plausu populi audiebatur. 4

30

Quod cum animaduertissent monachi, accusarunt uirum grauissimum apud sanctos patres, qui non reueriti aetatem, doctrinam autoritatemque tanti uiri per suos satellites manus in eum coniecerunt longoque tempore captiuum tenuerunt. interea priuatis disputationibus agebatur, in quibus aduersarii nihil ad ueritatis regulam accommodatum audire, omnia ad ex- 5

35

6 abbatis Complutensis historia *in marg.* **A** || 7 dixi antea **P** antea dixi **A** || 17 scholastica theologia *in marg.* **A** | quum **A** quo **P** || 26 Erasmi Roterodami scripta facem praeferunt abbati *in marg.* **A** || 27 suo *om.* **P** || 33 monachorum inuidia *in marg.* **A**

plendam suam libidinem tyrannidemque stabiliendam uolebant inflectere. cum uideret optimus senex nihil apud eos ualere firmas rationes, non audiri ueritatem, explodi puram doctrinam, nullum esse locum innocentiae, omnia 40 per tyrannidem ac uiolentiam inter ipsos geri, dixit cum ullis Hispanis non uelle amplius in disputationem descendere: accerserent aliunde uiros doctos, qui eum suasque rationes possent intelligere et suam innocentiam uellent agnoscere.

6 Ea uox sic ab inquisitoribus accepta fuit, quasi horribilem blasphemiam 45 protulisset, quae una et ingentem inuidiam illi comparauit et grauiore supplicio digna quam reliqua crimina, quae nullius erant momenti, est iudicata: "quasi uero" inquiunt "sancti patres tales sint, qui aut errare possent aut te uel centum alios multo te meliores ac doctiores non possent intelligere eorumque erroneas opiniones refutare." 50

7 Denique postea quam suis disputationibus, carceribus, conuiciis, conminationibus longo tempore cruciassent uenerandum senem, coegerunt ipsum, quo iure quaque iniuria, undecim propositiones haereticas, impias, male sonantes, scandalosas, piarum aurium offensiuas (nam tales sunt eorum phrases) agnoscere easque in praecipuis totius Hispaniae ciuitatibus, ubi ipse fue- 55 rat concionatus, in publica populi corona recantare. neque talis erat recantatio, ut ullam uel ignorationis uel negligentiae uel alicuius probabilis 8 causae excusationem potuisset admittere. cogebatur in publica concione praesentibus uiris maximis et clarissimis proclamare se instigante Diabolo, destinata malicia, ut corruptam doctrinam in ecclesia seminaret, illas propo- 60 sitiones docuisse, quas tunc ueritatem a sanctis patribus edoctus agnoscebat ac fatebatur haereticas esse et tanquam impiam doctrinam exsecrandas, a quibus populum Dei uelut a praesentaneo ueneno toto pectore abhorrere oporteret. post hanc recantationem, impleta quoque paenitentia, quam ei sancti patres iniunxerunt, tandem liberatus est. 65

79 Haec gesta sunt circa finem anni trigesimi septimi. eodem tempore, quum ego reuocatus a parentibus in Hispaniam peruenirem, inueni illum in nostra ciuitate satis maerentem ac tristem. tanta enim fuit perturbatio quam ex ea recantatione in animo suo concepit, ut plane statuerit non amplius in Hispania uiuere, ubi frequenter dicere solebat non fieri posse ut docti homines in- 5 2 ter eiusmodi persecutores doctrinae tuto habitarent. itaque in extrema senecta, relictis omnibus suis facultatibus ac dignitatibus, maluit periculo

43 suam *om.* **P** || 45 abbatis libertate offensi inquisitores ipsum ad palinodiam cogunt *in marg.* **A** || 48 aut[1] *om.* **P** || 58 recantationis formula *in marg.* **A** || 62 haereticas esse **P** esse haereticas **A** || 63 uelut **A** tanquam **P**

1 quum **A** quo **P** || 4 in animo suo *om.* **P** || 5 frequenter ... fieri posse **P** solebat frequenter dicere fieri non posse **A** || 7 abbas deserta Hispania Lutetiae uitam finit *in marg.* **A** || 12 est *om.* **A**

maris se conmittere et peregrinas regiones quaerere quam in patria ipsa, ubi sine maiore periculo et contumelia uiuere non poterat, manere. cum igitur se 10 in liberiore aëre collocatum uidit, per medios bellorum tumultus, per media pericula maris nauigio uectus ex Hispania in Flandriam nauigauit. inde terrestri itinere Lutetiam Parisiorum peruenit. ibi exceptus est cum magna dignitate a ueteribus amicis, quoniam nemo ignorabat, quanta iniuria fuerat affectus a sanctis patribus, ac insuper, quia Decanus erat theologicae faculta- 15 tis, uenerabantur eum omnes. in ea urbe uixit circiter annos quatuor, donec 3 tandem anno quadragesimo primo, mense Augusto, miserias huius mundi cum aeterna uita conmutauit. paulo ante mortem huius uiri ego Lutetiam perueneram, cuius suaui colloquio et minime molesta grauitate mirifice delectabar, nisi quod hanc foelicitatem non tulit esse diuturnam inuida For- 20 tuna, quae nobis hunc uirum praestantissimum opinione nostra celerius sustulit. ego autem, ut semper uirum optimum dum uiueret sum ueneratus, ita etiam usque ad cineres summa eum reuerentia sum prosequutus. nam et quotidie ad eum uenire solebam, quod ut facerem parentes mihi seuere suis literis praeceperunt, et ille non mediocriter consuetudine nostra delectaba- 25 tur, donec tandem eum exhalantem animam ac in Domino dormientem uidimus.

Expectatis uos quidem, opinor, audire, quaenam fuerint illa crimina, quae 4 tantam contumeliam sancto uiro pepererunt aut quasnam propositiones ille fuit coactus recantare. id equidem et ego perstudiose quaesiui, sed eius rei 30 nondum certam omnino rationem potui inuenire. quod autem scio, candide communicabo. multa mihi retulerunt in Hispania, Gallia, Brabantia homines alioqui optimae fidei quique Abbatem eadem ipsa concionantem se audiuisse praedicabant, quorum sermonibus, quia et uariabant sententiae et ab iis hominibus narrabantur, qui maiore studio alia negocia quam periculosas 35 controuersias curarent, non multum fidei adhibendum esse putaui.

Tandem inueni Brugis quemdam monachum Franciscanum, qui affirma- 5 bat se uerissimas propositiones habere descriptas, quas ex ore Abbatis concionantis decerpsisset. oraui ut eius scripti mihi copiam faceret. negauit ullo modo se id facere posse, sed tamen legendum tantum, non etiam describen- 40 dum, uelle concedere. legi undecim propositiones, quarum prima et maxime periculosa est, quod forte pro concione dixerit non esse legem positam iustis.

Cum ego haec uerba legerem, aliquo modo perturbatus rogaui monachum, 6

13 fuerat **P** fuisset *post corr.* **A** || 15 uenerabantur eum omnes **P** omnes eum uenerabantur **A** || 22 reuerentia sum **P** sum reuerentia **P** || 23 parentes mihi seuere **P** seuere mihi parentes **A** || 27 quas propositiones abbas recantare coactus *in marg.* **A** || 35 curarent **P** curant **A** || 38 decerpsisset **P** excepisset *post corr.* **A** || 40 lex an non posita iustis *in marg.* **A** || 42 ego haec **A** haec ego **P**

quomodo ea propositio esset intelligenda, ut pro haeretica condemnanda esse uideretur. respondit ille sardonium ridens opus esse ad eam declarationem disputatione Sorbonica. "arbitror" inquam "scripta prophetica et apostolica in hoc tradita esse generi humano, ut ab omnibus hominibus intelligantur atque ita piorum hominum studio intelligi queant, ut ad declarationem singulorum uersiculorum minime necessarium sit uniuersam Sorbonicam concionem conuocare. alioqui misere profecto ageretur cum iis, qui Sorbonicis disputationibus interesse non possunt, et tamen non minus de salute animae suae, de uera sacrarum scripturarum intelligentia sunt solliciti quam 7 Sorbonici Doctores." "haec" inquit ille "propositio intellecta est ab inquisitoribus, qui eam tanquam haereticam condemnarunt, ut iacet" (nam hac ipsa phrasi utebatur). tum ego uere commotus "si haec" inquam "propositio, ut iacet, in Abbate Complutensi damnata est (ut tuo quoque uerbo utar), necessum est in Paulo eandem etiam propositionem condemnari, qui multo ante Abbatem eadem ipsa uerba pronunciauit. aut si Paulus non peccauit, cum haec uerba scriberet ad Timotheum, quem ille *γνήσιον τέκνον* appellat, una cum Paulo Abbas quoque erat absoluendus." ille autem existimabat crimen diminutae maiestatis a me esse commissum, quod Pauli uerba contra inquisitorum sententiam probanda iudicarem. reliquas propositiones, quae magis ridiculae sunt, indignas iudicaui quae hic adscriberentur.

80 Post hanc Abbatis Complutensis captiuitatem usque adeo perterriti fuerunt ciues nostri, ut, qui suos liberos ad persequenda honestarum disciplinarum studia in academiam amandarant, ab instituto cursu eos sine mora reuocarent. quis enim non uereatur in tanta hominum crudelitate tantundem quoque sibi ac suis filiis euenire posse? itaque, ut sunt homines illiterati, qui dignitatem doctrinae excellentiamque scientiarum non intelligunt, pulcherrimum studiorum cursum malunt abrumpere quam in tanti periculi discrimen uenire.

2 Ex eo tempore pertuli et ego incredibilem parentum insectationem maximorumque hominum odium sustinui, quia studia literarum, quae gustare incoeperam, ut prorsus abiicerem, quemadmodum ipsi uolebant, nondum ab animo meo poteram impetrare. nunc autem serio mihi insultant omnes, quasi mea culpa ac non potius singulari Dei ordinatione haec uincula, haec pericula mihi accersiuerim. sed quid facias? ut homines sunt, ita morem ge-

58 *γνήσιον τέκνον*] *1 Tim. 1, 2* || 14 ut homines ... geras] *Plaut. Most. 725*

46 tradita esse **A** esse tradita **P** | omnibus *om.* **A** || 50–51 animae suae **P** animi **A** || 55 damnata **P** condemnata **A** | uerbo utar **P** utar uerbo **A** || 60 esse *om.* **A** 1 abbatis casu multi a studiis deterrentur *in marg.* **A** || 2 disciplinarum **P** artium **A** || 4 tantundem **P** idem **A** || 14 geras *post corr.* **A** feras **P**

15 ras oportet. audisti Abbatis Complutensis historiam et exitum, moderatum quidem et tranquillum, si ad alterius finem, cuius etiam narrationem postulasti, uere tragicum conferatur.

3 Erat quoque natus in ciuitate nostra Burgensi honesto loco, honestis parentibus, re mediocri, qui propter uirtutem ac uitae moderationem et grati 20 sunt reliquis ciuibus et inter bonos mediocrem tuentur dignitatem. nomen autem (me miserum, offendor omine!) Franciscus et ipse uocabatur, ut ego, quem olim in nostra ciuitate adolescentem puer et postea grandiorem natu familiariter noui Antuerpiae, qua in urbe uixit longo tempore.

4 Literarum aut religionis nihil unquam didicit praeter communem illam 25 nostrorum hominum institutionem, qui audire missas, adire confessionem, explere postea iniunctam paenitentiam et hoc genus portenta, ad contumeliam aeterni Dei et turpissimum lucrum monachorum comparata, summam esse religionem arbitrantur. in hac igitur Hispanica disciplina erat natus atque educatus ualde accurate.

30 5 Sed audite nunc transformationem mirabilem, cui similem neque ego uidi unquam neque aliis audiui commemorari. cum forte anno quadragesimo mercatores quidam Bremenses non uenissent praescripto nundinarum tempore Antuerpiam, ut magnam pecuniae summam, quam debebant, Hispanis quibusdam soluerent, statuerunt aliquos institores Bremam mittere qui eam 35 pecuniam creditorum nomine a debitoribus reposcerent. nemo uisus est ad eam rem accommodatior quam noster Franciscus de Sanct Roman, qui mercatores ipsos nouerat et cuius diligentia in rebus gerendis erat satis explorata.

6 Peruenit igitur Bremam altero quodam Hispano comitatus, qui eiusdem quoque negocii cum eo curam habebat. ibi cum religionis causa uellet tem-40 plum inuisere, forte ingreditur eo tempore, quo Magister Iacobus, nunc pastor eius urbis, olim prior Augustiniensium Antuerpiae, uir optimus ac uere pius, concionaretur. etsi autem Germanicae linguae parum tenebat noster Franciscus, uoluit tamen eam concionem audire, ut aliquo modo posset comprehendere, quodnam genus doctrinae in Germania traderetur, quam 45 nostri homines tam acriter insectarentur.

7 Ibi tum (quod sine magna admiratione non audietis) non solum totam concionem intellexit, sed tantum etiam ipsum inflammauit concionatoris oratio, ut quasi nouus homo factus aut diuino quodam oestro percitus, relictis omnibus negociis, quorum de causa uenerat, ad concionatorem exanima-50 tus accurrerit. is eum excepit humanissime atque in aedes suas deduxit, ubi

18 Francisci Burgensis martyris historia *in marg.* **A** || 24 religionis Hispanicae exercitia *in marg.* **A** || 30 mira conuersionis occasio *in marg.* **A** || 38 Iacobus Praepositus Pastor Bremensis ex Priore *in marg.* **A** || 39 uellet **P** uoluerit *in ras.* **A** *scribens* uoluisset *supra lineam* || 46 miraculosus concionis effectus *in marg.* **A**

totam concionem Franciscus ipse memoriter potuit recitare. nihil hic fingo nec aliud narro quam quod ex ore ipsius concionatoris Bremensis accepi.

81 Non contentus igitur audiuisse concionem aut eam memoriter posse recitare, de illa ipsa coepit cum concionatore disputare, orare quoque ipsum atque obsecrare impendio, ut eam doctrinam declararet luculentius, quam prima illa concione gustare quidem incoepisset, sed nondum omnino perdidicisset. pastor admiratus principio hominis uehementiam et mirabilem con- 5 uersionem, hortatus eum ad moderationem animi et prudentiam, perbenigne ac diligenter docuit omnia, quae ipsi utilia ac necessaria fore putauit. mansit noster Franciscus in aedibus concionatoris, a quo diuelli non poterat toto triduo, quo tempore in alium quemdam hominem prorsus nouum est inmutatus. 10

2 Deinde tradita cura omnium negociorum alteri socio, quicum uenerat, ad concionatorem reuertitur semperque cum eo de religione disserebat. nihil toto die meditabatur, nihil nocte somniabat praeter eas religionis sententias, quas a pastore audiuerat. audiebat omnes illius conciones, quas non solum intelligere poterat, sed manu etiam sua descriptas pastori redeunti domum 15 offerebat. quin easdem, quoties uisum erat, memoriter recitabat. statim animaduertit concionator nihil in eo regulare geri neque communi hominum lege factam esse illius conuersionem, qui gradatim in eius rei cognitione, quam sibi discendam proponunt, procedere consueuerunt.

3 Hic uero noster Franciscus non modo paucissimis diebus singulos articu- 20 los perdidicit eorumque notitiam satis accurate tenuit, sed eius quoque recens perceptae doctrinae coepit agere professorem, atque in hoc studio laboris erat indefatigabilis. legit libros non paucos Gallicos et Germanicos, quos in ea urbe potuit inuenire. disserebat frequenter cum pastore Magistro Iacobo et cum Doctore Machabaeo, qui forte ibi tum aderat, cui bonam quo- 25 que partem eius scientiae, quam ibi didicerat, acceptam referebat. scripsit 4 etiam aliquot uolumina, primo copiosas literas ad Antuerpienses, quibus ingentes Deo aeterno gratias agebat, quod in eiusmodi locum eum deduxisset, ubi ueram Christi seruatoris notitiam ac inaestimabilem sacrae doctrinae cognitionem esset consequutus. hortabatur eos omnes ad similem conuersio- 30 nem, ni uellent una cum suis deceptoribus aeternum perire. deplorabat Hispaniae tyrannidem et nostrorum Hispanorum coecitatem, qui neque ad contemplandam clarissimam euangelii lucem oculos aperirent neque ad ma-

52 accepi **A** audiui **P**

3 ut *om.* **P** ‖ 6 hortatus est **P** adhortatus **A** ‖ 7 ac[2] **P** et **A** ‖ 11 ex mercatore [ex institore *ante corr.*] theologus *in marg.* **A** | quicum **P** qui cum eo **A** ‖ 15 offerebat **P** exhibebat **A** ‖ 18 illius **A** ipsius **P** ‖ 21 accurate **P** accuratam **A** ‖ 22–23 laboris erat **P** erat laboris **A** ‖ 27 literae hortatoriae ad Antuerpienses *in marg.* **A** ‖ 33 ad *om.* **P**

nifestas Dei uoces ad resipiscentiam prouocantis aures atque animum intenderent: proinde sibi in animo esse Antuerpiam uenire, ut aliqua coelestis cognitionis luce amicorum animos illustraret, postea in Hispaniam commigrare, ut parentes ac totam denique ciuitatem nostram, quam horrendis idololatriae tenebris inmersam ac sepultam praedicabat, ad minime fucatum Dei cultum ueramque religionem conuerteret.

5 Deinde acripsit binas literas aut ternas ad Imperatorem, in quibus ingentes Christianae reipublicae clades agnoscebat ac deplorabat. admonebat etiam ardentissimis affectibus Imperatorem officii sui, quem summum Christiani orbis monarcham a Deo constitutum dicebat, ut dignam tantis beneficiis gratiam aeterno Deo bonorum omnium largitori reponeret et qua deceret synceritate cordis tremendam illam aeterni numinis maiestatem ueneraretur: id autem fieri non posse, nisi omnem suam potentiam, omnes suos conatus huc intenderet, ut Christiani orbis tumultus sedaret, gloriam Dei in terris propagaret, puram, synceram minimeque humanis sordibus inquinatam Christi seruatoris doctrinam in Hispania tota, in caeteris omnibus suo imperio subiectis regionibus reuocaret, atque in hanc sententiam alia plurima.

6 Postremo scripsit copiosum catechismum atque alios libellos Hispanica lingua, in quibus multum de singulorum articulorum doctrina tradebatur. haec autem quae modo narraui (quod incredibile uidetur) spatio unius mensis uel ad summum quadraginta dierum incoepta et perfecta sunt omnia, donec earum literarum responsum accepit, quas ad Antuerpienses scripserat. illi enim perlectis literis agnouerunt statim, quo morbo laboraret, et callido consilio eum ad se blandissimis uerbis reuocarunt, magnam quoque spem ipsi facientes res tantas sua praesentia instaurari posse. ille plenus spe, quam ex literis Antuerpiensium conceperat, nulla interposita mora se itineri commisit.

7 Quid interea faciunt Antuerpienses nostri? subornarunt quosdam monachos Dominicanos, qui eum aduenientem exciperent atque in articulis fidei examinarent, et quidem eo consilio, ut, si a monachorum sententia minimo uerbo dissentiret, uel eum de medio tollerent uel in aliquod antrum quasi uiuum cadauer insepultum detruderent. haec omnia ignorat miser, ideoque uenit laetus et ouans, quasi minimo negotio uniuersos Hispanos ad eam religionis formam sit conuersurus, quam ipse recens didicisset. at nostri obseruarunt diem certum, quo esset uenturus, uixque fuerat ingressus urbem, cum magno impetu inuolant in eum qui ad hoc erant parati carnifices monachi, ex equo deponunt et captiuum in aedes cuiusdam mercatoris deducunt. ille

40 literae ad Imperatorem *in marg.* **A** | literas aut ternas **P** aut ternas literas **A** | in *om.* **A** || 51 libelli Hispanica lingua scripti *in marg.* **A** || 53 miranda metamorphosis *in marg.* **A** || 58 insidiae Francisco structae *in marg.* **A**

uero, qui aestuante quodam animi calore ueniebat ardens, cum illam tam inusitatam tamque insperatam saeuitiam animaduertit, multo magis inflammatur.

82 Vbi ad aedes uentum est, monachi quadrupedem constringunt eumque manibus ac pedibus ligatum tenent. tunc demum cum eo incoeperunt disputare. quis, obsecro, uel moderatissimus homo tam crudelem inmanitatem sine ingenti animi perturbatione potuisset tolerare? explorant in primis sarcinas atque in eis non paucos libros inuenerunt Germanicos, Gallicos et Latinos Philippi Melanchthonis, Lutheri, Oecolampadii et aliorum Germanorum, quasdam etiam imagines in contumeliam Romani Pontificis. 5

2 Tum ad eum conuersi monachi "tu" inquiunt "es uerus Lutheranus". ille autem magna perturbatione animi conmotus respondit: "uos estis pessimi nebulones. ego uero non sum Lutheranus, sed aeternam tantummodo sapientiam ac doctrinam de filio Dei seruatore nostro, cuius uos estis horribiles persecutores, diserte profiteor. hanc unam et ueram de Christo doctrinam didici, qui passus est pro peccatis totius generis humani et resurrexit propter eorum iustificationem, qui tam effusam istam diuinae liberalitatis munificentiam, omnibus creaturis in euangelio oblatam, aequis animis per fidem gratis donatam amplecterentur. istam igitur doctrinam clara uoce profiteor, quam uos ignoratis; uestra delyria, uestras imposturas, uestras fraudes, uestram deprauatam doctrinam ex animo abominor." 10 15

3 Intererant huic disputationi Hispanorum nostrorum non pauci, qui a partibus monachorum stabant, et cum nostrum Franciscum magno quodam animi impetu in hanc sententiam disserentem audirent, simpliciter eum esse furore correptum affirmare non dubitauerunt. cum igitur monachi sentirent Hispanorum fauorem, qui sine iudicio in eorum partes inclinabant, magis insultabant misero multoque audacius aduersus ligatum et constrictum pergunt disputare: "si nostram religionem abominaris, quam statum perfectionis appellat ecclesia, et nihilominus Christianus uideri uis, qualis tandem haec tua erit praeclara religio, qualis fides, qualis doctrina? quid tandem est quod tu credis?" 20 25

4 "Dixi uobis me simpliciter Christianum esse nec aliud inter uos profiteri uelle quam solum Christum eumque crucifixum. rursus nihil aliud aut nunc credo aut unquam crediturus sum quam quod uera ecclesia Christi toto orbe 30

29–30 nec aliud … crucifixum] *cf. 1 Cor. 2, 2*

1 Franciscus ex uinculis disputare cogitur *in marg.* **A** ‖ 2 tenent **P** tenerent **A** ‖ 4 sarcinae explorantur *in marg.* **A** ‖ 10 Francisci confessio *in marg.* **A** ‖ 19 Hispanorum nostrorum **A** nostrorum Hispanorum **P** ‖ 22 monachorum cum uincto disputatio *in marg.* **A** ‖ 23 eorum **A** ipsorum **P** ‖ 29 confessionis repetitio *in marg.* **A**

terrarum dispersa inde usque ab initio credidit, docuit ac etiamnum confitetur. huius, inquam, Christi crucifixi ueram et simplicem doctrinam uos, impii nebulones, uestris imposturis, uestris impietatibus corrupistis, uiolastis atque in uitae genus impium totique generi humano perniciosum transformastis.

Credo igitur in Deum patrem, qui condidit omnia. credo in Deum filium Iesum Christum, qui suo sanguine redemit totum genus humanum et a seruitute Diaboli, peccati et mortis in euangelicam libertatem asseruit. credo in Deum Spiritum Sanctum, qui occulta et prorsus diuina efficacia sanctificat credentes. credo propter hunc filium Dei gratis mihi esse peccata omnia condonata. credo propter hunc mediatorem tantum, nullis meis meritis, nullis bonis operibus, nullis condonationibus pontificiis, me uitam aeternam consequuturum."

"Credis Romanum Pontificem esse uicarium Christi, caput ecclesiae in terris, cuius in manu sunt ecclesiae thesauri ac insuper habeat potestatem ligandi et soluendi pro suo arbitrio, condendi nouos articulos fidei et abolendi conditos?" "nihil istorum credo, imo uero affirmo Papam esse uerum Antichristum, ex patre Diabolo natum, inimicum Christi, qui sibi tribui postulat diuinos honores et spiritu Satanae percitus in mundo grassatur, ut in Deum aeternum sit contumeliosus et suis imposturis tanquam lupus miseras Christi ouiculas disperdat, aberrare faciat ac dilaniet."

Ibi quoque uisus est Hispanis nostris serio blasphemare. at ille, ut quibusdam praecipuis fidei articulis uerbis fortasse cum monachis consentire posse uideretur, ita, cum ad potestatem Romani Pontificis, ad disputationem de sacramentis, de missa, de purgatorio, de condonationibus pontificiis uentum erat, inmoderate, fortassis etiam impotenter ferebatur. et quis, obsecro, homo iuuenis, qui calore nouae doctrinae inflammatus, qui tam graui atque inopinata contumelia erat oppressus, in tanta improbitate hominum insultantium modum in sermone tenere potuisset, quem in hominibus maturae aetatis non raro queas desiderare?

Tum monachi minabantur mortem, minabantur incendium. at ille "non reformido" inquit "pro Domino meo mortem oppetere, qui suum sanguinem pro me effundere non est dedignatus. quin potius gloriosum mihi fore putabo, si in causa tam praeclara coelestem doctrinam meo quoque sanguine in eius gratiam, qui suum pro me sparsit, contingat obsignare. quid, obsecro, iuris uos in me habetis? quid aliud quam istam carnem miseram et peccatri-

37 confessio iterata *in marg.* **A** ‖ 41 hunc *om.* **P** ‖ 45 Romanum Pontificem **P** Pontificem Romanum **A** ‖ 46 ac **P** qui *post corr.* **A** ‖ 57 Francisci uehementia, constantia magnanima *in marg.* **A**

cem comburere potestis? at ego eum esse metuendum didici, qui potestatem habet mittendi animam una cum corpore in aeternos Tartari cruciatus, non uos, qui ut maxime cum deo uestro Satana, cuius organa estis, uires uestras 70 coniungatis, non aliud quam in miserum istud corpus saeuire concedetur. ego autem beneficium magnum interpretabor, si tyrannide uestra liberatus uestrisque pollutionibus ac sceleribus minime inquinatus cito purus ac illibatus in patriam illam coelestem, in gloriam Dei et beatorum angelorum societatem conmigrabo." 75

9 Ibi monachi excitato igne libros omnes, quos secum attulerat, coram ipso combusserunt. ille uero cum uideret Nouum Testamentum et reliquos piae doctrinae libros exuri, impotenter contra monachos ferebatur. denique cum nostris hominibus insanus, imo etiam furiosus iudicaretur, in turrim quamdam eum detruserunt, quae sex miliariis ab Antuerpia sita est, ibique in obscuro quodam loco captiuum octo menses tenuerunt. 80

10 Interea multi uiri praestantes ad eum ueniebant, qui ad conuersionem receptae sententiae, ad moderationem sermonis hortabantur. ille autem negabat se ullam impiam sententiam uel sensisse antea uel prudentem ac scientem nunc uelle profiteri: si quid inmoderatius loquutus esset, quod non 85 negabat, id totum insanis monachorum clamoribus esse imputandum, qui uel moderatissimum hominem sua improbitate ad iracundiam potuissent incendere. tandem cum nostris uideretur integrae mentis, quoniam promisit se modestius in omni uitae ratione deinceps et sensum et sermonem gubernaturum esse, dimissus est, et quidem eo tempore quo Ratisponae comitia Impe- 90 rator celebraret.

83 Mansit Antuerpiae post liberationem dies circiter uiginti, postea Louanium ad me, ubi ego tum eram, uenit. tum equidem multum delectatus illius conspectu, quem longo tempore non uideram nec ad eum ire sum ausus, ne me atque ipsum maiore inuidia grauarem. multa ibi tum ille contulit mecum, quae nullo modo mihi uidebantur uel ab honestate uel etiam a ueritate 5 dissentire. caeterum quamuis ego multa in eo tum probare poteram, quae minime absurde ab ipso dicerentur, hoc tamen illius factum manifeste uituperaui, quod praeter ordinationem Dei alienam sibi uocationem parum pru-

2 denter aut circumspecte usurparet. ideoque hortatus sum eum ut in ea uocatione Deo seruiret, ad quam Dominus illum uocasset: se anteactum uitae 10

68–69 esse metuendum … cruciatus] *cf. Matth. 10, 28 et Luc. 12, 5*

73 sceleribus **P** sacrilegiis **A** ‖ 74 coelestem **P** sempiternam **A** ‖ 76 libri Francisci comburuntur *in marg.* **A** ‖ 82 ueniebant **A** uenerunt **P** ‖ 90 Ratisponae **P** Ratisbonae **A**

1 Franciscus de S. Roman carcere liberatus extra uocationem progreditur *in marg.* **A** ‖ 9 autoris ad ipsum cohortatio et commonefactio *in marg.* **A** ‖ 10 se **P** ipsum *post corr.* **A**

cursum in ea negotiandi arte uersatum esse, in qua honeste uiuere, neminem laedere, quam plurimis prodesse posset; quod autem ad doctrinam pertineret, me autore nihil ipsum in gratiam hominum uel dicere uel facere debere, quo gloria Dei quoquo modo laederetur; sed hoc iudicium purum, integrum
15 et rectum debere proficisci ex solida minimeque obscura uoluntate Dei doctrinaeque coelestis cognitione, quae in libris sacris continetur, non ex priuatis hominum affectibus aut incertis opinionibus, quae ut plurimum uoluntati Dei uehementer aduersantur; ipsum autem neque legisse sacras literas un- 3 quam neque ita dogmatum controuersias tenere posse, ut quibus argumentis
20 sciat aduersariorum rationes infirmandae, quibus item ueriores sententiae essent confirmandae; etsi enim aliquo studio aut doctorum hominum sermonibus aut sane peculiari Dei gratia aliquem doctrinae gustum consuetudine hactenus recepta ueriorem percepisset, non proinde in medias plateas prosiliendum ac furiosorum more sine mente et sine ratione proclamandum, ut
25 huius renouatae aut certe instauratae doctrinae formae homines obtemperent, quos pudet ac profecto poenitet in re omnium maxima et periculi plena de cultu Dei fateri praeteritum uitae cursum in errore uersatos esse; praeter- 4 ea talem se adhuc esse, qui in multis rebus non minus quam alii hallucinaretur, aut si qua in re ueriorem sententiam se tenere arbitraretur, umbratilem
30 esse scientiam, quae si in controuersiam disputationemque deduceretur, nullis firmis rationibus aut sua defendere aut aduersariorum contraria argumenta posset refutare; denique si maxime haec omnia praestare posset, quae 5 certe non poterat, esse audaciam ingentem, quae impietate non careret, sine legitima uocatione munus sibi concionandi assumere; proinde intra metas
35 suae uocationis se deinceps contineret atque in ea legitime Deo seruiret, aliis concionandi officium relinqueret, quos ad hoc Deus elegisset; Deum quidem perdiligentem curam habere ecclesiae suae, qui, si iudicaret eum utilem fore ad ministerium ecclesiasticum, sine ulla dubitatione esset eum uocaturus, cum maxime opportunum uideretur; tunc esse tempus periclitandi, docendi
40 et proclamandi, quod optimum reuera esset iuxta regulam ueritatis, non secundum hominum imaginationes; interim non uideri mihi consultum nec Deo gratum temeritate sua periculum sibi accersere ac tumultum in republica excitare.

Fassus est et ipse uerissima esse quae dicerem omnia, et postea quam er- 6
45 rati sui culpam in monachos transtulisset, recepit se deinceps uitam acturum

11-12 honeste uiuere ... posset] *sententia iuris Romani uulgatissima*

20 sciat *in ras.* **A** | ueriores **A** uberiores **P** 'la vraye doctrine' **H** ‖ **21** *post* confirmandae *suprascr.* sciret **A** ‖ **28** se **P** ipsum *post corr.* **A** ‖ **33** uocatio legitima expectanda *in marg.* **A** ‖ **34** munus sibi concionandi **P** concionandi munus sibi **A** ‖ **35** se deinceps **P** deinceps se **A**

moderatissime, ut ne Momus quidem ipse in eo quicquam posset reprehendere. quod non praestitit. nam quemadmodum ipse rerum euentus ostendit atque ego ab iis hominibus accepi, qui cum eo in itinere fuerunt seque spectatores omnium rerum fuisse praedicabant, cum primum a me recessisset, Ratisponam profectus est, ubi tum erat Imperator. in toto itinere ne sociis 50 quidem, qui cum eo erant, suum consilium patefecit.

84 Cum in urbem ipsam uentum est, ad Imperatorem recta progreditur. habuit coram eo longam atque audacem orationem, in qua diserte affirmabat ueram religionis professionem esse apud Germanos, nostros autem Hispanos in teterrimo impietatis errore uersari: ad officium quoque Imperatoris pertinere uerum Dei cultum suis in regionibus instaurare. hortabatur insuper, ut 5 Germanis pacem concederet, a crudelitate abstineret ac doctrinam de filio Dei, quae in ecclesiis Germanicis pure sonaret, et candide agnosceret ipse et totum per orbem, sicut debebat, propagari curaret, atque alia in hanc sententiam plurima.

2 Audiuit Imperator pacienter omnia deditque ei responsum perbenignum, 10 uidelicet sibi esse totum hoc negocium uehementer cordi, quod pro sua uirili esset curaturus. in magnam igitur spem erectus erat Franciscus noster audito Imperatoris responso, quam rursus labefactabant non pauca crudelitatis exempla, quae in ipsa quoque urbe Ratispona erga cultores pietatis a nostris aedita esse animaduertit. at non proinde Francisci animus labascebat, sed in 15 suscepto instituto intrepide persistens conuenit secundo Imperatorem, conuenit etiam tertio: semper liberam sententiam proferebat, semper ab Imperatore benignum responsum accipiebat.

3 Tandem cum ille magis ac magis instaret nec ullum faceret interpellandi finem uelletque quarto ad Imperatorem accedere, interceptus est a satelliti- 20 bus et ordinatione Hispanorum ilico in custodiam traditus. uolebant eum sine mora in Danubium praecipitem dare, quod Imperator prohibuit, iussitque ne ulla ipsi fieret iniuria, sed eius causa tota diligenter cognosceretur et iuxta leges traditas diiudicaretur. detrusus igitur est in subterraneum locum et compedibus ferreis tantisper in eo loco uinctum tenuerunt, donec Impera- 25 tor inde in Africam proficisceretur.

4 Tandem cum Franciscus quoque una cum aliis captiuis in curru uinctus ueheretur eumque in eo statu uideret quidam eorum, qui cum eo in itinere paulo ante fuerant, cum ex Louanio Ratisponam uenirent, admiratus inopi-

46 eo **P** se **A** || 47 Franciscus de S. Roman recte monenti non paret *in marg.* **A** || 49 recessisset **P** recessit **A**

1 Imperatorem Ratisbonae arguit et exhortatur *in marg.* **A** || 10 a Caesare clementer auditur *in marg.* **A** || 19 quarto Caesarem aditurus capitur, in curru uinctus uehitur, catenis gloriatur, in ipsa ignominia triumphat *in marg.* **A** | instaret **A** instabat **P** || 23 causa tota **P** tota causa **A** || 29 admiratus **P** attonitus **A**

30 nato spectaculo rogauit, quidnam hoc significaret, quid esset causae quare inter maleficos tam contumeliose ac duriter uinctus ueheretur. tum ille blandissime arridens leuauit, ut potuit, brachia, et cathenas ferreas, quibus erant colligata, ostentans "uides" inquit "haec uincula ferrea?" "uideo" inquit alter "et non sine magno animi mei dolore uideo." "atqui haec uincula, haec fer- 5
35 ramenta, haec ignominiosa captiuitas, quam pro gloria Domini nostri Iesu Christi nunc patior, longe magnificentiorem triumphum mihi parient in conspectu Dei quam unquam ullam tu uidisti uel regalem pompam in aula Imperatoris. uides hoc corpus undique cathenis ferreis colligatum, in loco nunc abiecto et sordido collocatum? at uere in gloria Domini iam nunc uersatur.
40 conscientia recte factorum me sustentat et spe futurae foelicitatis diuino atque inexplicabili quodam gaudio perfundor. o gloriosa uincula, gloriosa tormenta, quae paulo post in corona capitis mei tanquam preciossimae gemmae in conspectu Dei, in totius mundi theatro conspicientur! ibi cognoscet Imperator, qualia sint suorum adulatorum iudicia, ibi sentient nostri religiosi mo-
45 nachi, qui autores sunt istarum crudelitatum, quo furore nunc erga pia membra Christi, erga ipsum Filium Dei sine modo ferantur. interim uero, mi 6 frater, quamuis haec brachia uides colligata, pedes uinctos et totum corpus nimio ferramentorum pondere quasi uehiculo affixum, ut ne moueri quidem possit, nihil tamen obstant haec omnia uincula, quin meus animus alioqui li-
50 berrimus, in quem nihil habet iuris Imperator, perpetua meditatione rerum coelestium in illud aeterni patris domicilium tollatur ibique in conspectu Dei et sanctarum animarum dulcissima consuetudine pene semper recreetur. atque utinam istis uinculis soluta, huius terreni corporis faecibus repurgata mea mens iam nunc in patriam illam coelestem posset euolare! sed mihi
55 bona spes est, ut pro istis uinculis momentaneis gaudium in gloria Dei sempiternum propediem mihi a iusto iudice Deo reponatur."

Audiuit alter haec uerba plane stupefactus, uim lachrymarum effundens, 7 et quoniam magno animi dolore impediebatur et nimium in uia properabant, nihil aliud quam gemitus et suspiria potuit illi respondere. sequutus est per-
60 petuo aulam Imperatoris eodem modo in curru ligatus, etiam, ut audiui, in ipsam Africanam expeditionem, donec tandem post ingentem illam cladem acceptam in Hispaniam est reuersus Imperator. neque defuerunt qui tantam cladem diuinitus Imperatori missam putarent propter istam quam in pios homines exerceri permittit crudelitatem.

Cum in Hispaniam uentum est, ilico in manus inquisitorum Franciscus **85**

37 unquam ullam **P** ullam unquam **A** || 41 quodam *om.* **P** || 45 pia *om.* **P** || 46 animo non imperat Caesar *in marg.* **A** *(huius usitatissimae sententiae patronus me aufugit)* || 54–55 mihi bona spes est ut **P** est mihi bona spes fore ut **A** || 59 clades Caesaris Africana *in marg.* **A** || 61 illam *om.* **A** | cladem *ante* post *transp.* **A**

1 inquisitores Franciscum excarnificant immanissime *in marg.* **A**

est traditus, qui multo crudelius eum tractare incoeperunt quam unquam in tantis periculis maris, uinculorum et aliarum molestiarum fuerat a militibus tractatus. detrudunt eum in locum ualde tetrum, adiungunt indoctissimos monachos, qui frequenter ad eum excruciandum uenirent et nimia impor- 5 tunitate aut quocumque alio modo ad defectionem sententiae suae sollicitarent. producunt in publica spectacula et multis conuiciis quotidie lacessunt. in tanta uero persequutione, in tam perpetua tormentorum acerbitate (quod iure miremini) usque adeo nihil est in eo fractus ille animi uigor neque debilitata sententia, ut nescio quo modo cresceret in eo constantia et in dies ui- 10 deretur esse ardentius robur.

2 Constanter igitur negabat omnia quae monachi pro oraculis proponebant. rursus ea maxime probabat, quae monachorum sententia tanquam impia condemnabantur. summa eius doctrinae, quam usque ad extremum halitum clara uoce defendit, haec est: negabat ullam creaturam suis uiribus, suis bo- 15 nis operibus aut sua dignitate remissionem peccatorum mereri et salutem animae et iustificationem coram Deo consequi posse: sola misericordia Dei, nullis humanis praesidiis, propter filium mediatorem, qui nos suo sanguine ab omni macula mundauit, suo sacrificio unico et aeterno placauit iram patris salutemque toti generi humano comparauit, omnes homines saluos esse 20 oportere; doctrinam monachorum, quam de sacrificio missae tradunt, quod ex opere operato (ut illi loquuntur) promereatur remissionem peccatorum et uiuis et mortuis, affirmabat esse horrendam abominationem; doctrinam de confessione auriculari, de enumeratione delictorum, de satisfactione pro peccatis, de purgatorio, de condonationibus pontificiis, de inuocatione sancto- 25 rum, de adoratione idolorum, esse manifestam aduersus Deum blasphemiam et sanguinis Christi prophanationem.

3 Tandem, cum uiderent nullam esse reuocationis spem, publice iudicatum est a sanctis inquisitoribus, ut uiuus cremaretur tanquam haereticus pertinax, qui impias opiniones pergeret defendere. narrauerunt mihi, qui huic 30 condemnationi interfuerunt, plurimos facinorosos, impios, Iudaeos, blasphemos una cum eo in theatrum fuisse productos, quorum nullus fuerit praeter hunc unum condemnatus. iure itaque in hos cadere posse dicas, quod ille ait:

"dat ueniam coruis, uexat censura columbas". 35

35 dat … columbas] *Iuuen. 2, 63*

2 incoeperunt **P** coeperunt *post corr.* **A** ‖ 6 sententiae suae **P** receptae sententiae **A** 'de sa foy' **H** ‖ 9 est in eo **P** in eo est **A** | neque **A** atque **P** ‖ 12 martyris in confessione constantia *in marg.* **A** ‖ 14 condemnabantur **P** condemnarentur **A** ‖ 28 Francisci martyrium *in marg.* **A** ‖ 31 Iudaeos] 'marranes' *(Hispanice 'marranos') recte uertit* **H** ‖ 32 fuisse **P** esse **A** ‖ 33 posse *om.* **P**

hunc ergo unum, quem execrabantur omnes, deducunt extra urbem ad locum supplicii, corona chartacea ornatum, in qua erant mille horribilissimorum cacodaemonum figurae depictae, infinitis praeterea contumeliis ipsa morte durioribus affectum.

40 In hac uia contigit quiddam ridiculum, quod neque uos sine risu audire 4 neque ego sine lachrymis potero narrare. erat extra portam ciuitatis erectum lignum crucis, quemadmodum in suburbiis aut paulo ultra suburbia in plerisque ciuitatibus esse uidemus. cum ad eum locum uentum est, iusserunt condemnatum adorare crucem. ille praesenti animo respondit non esse lig-
45 num adorandum Christianis: se autem Christianum esse, qui Deum praesentem sentiret eumque in corde suo reuerenter adoraret. constanter praeterea hortatur inquisitores, ut pergerent ire quo coepissent. ibi tota hominum multitudo, quae eum sequebatur, sublatis uocibus multa conuicia iaciebat in hominem haereticum, qui negauerat crucem esse adorandam. sed multo magis
50 diuinitatem crucis mirabantur, quae ab homine haeretico se non passa fuerit adorari. et quasi maximum miraculum in ea cruce diuinitus ostensum uidissent, accurrunt conglobati omnes strictis gladiis ad crucem, quam in mille partes dissecuerunt, seque foelicissimum putabat, qui uel minimam eius ligni sancti particulam consequi poterat, cuius uirtute omne genus morbo-
55 rum posset expellere. tam religiosi fuerunt obseruatores ligni, qui hominem innocentem comburere non uerebantur, ut nullum breui momento crucis uestigium fuerit relictum. o praeposteram religionem!

Cum ad locum supplicii peruenerunt, praesto aderant monachi, qui mole- 5 stissimis interpellationibus condemnatum urgerent eumque ad abnegatio-
60 nem suae sententiae sollicitarent. ille uero incredibili animi robore hortabatur eos, ut pergerent id perficere, quod statuissent, ne diutius uerbis atque otio abuterentur. hoc audito in media strue lignorum, quae ad hominem comburendum parata erat, ipsum collocauerunt. ignem multis in locis accenderunt, qui cum in hominem ipsum agere coepisset, siue quod fumi molestia
65 afficeretur siue alia occasione, forte caput leuauit aliquantulum.

Cum hoc inquisitores uiderent, existimantes eum iam suae sententiae poe- 6 nitere uelleque abnegare, quicquid haberet prauarum opinionum, statim ab eo ignem remoueri curauerunt. quod factum est ea celeritate, ut illaesum extra ignem collocarent. cumque hoc factum uideret Franciscus, quasi furibun-

37 corona chartacea] *Hispanice 'capirote'* || 39 *ante* affectum *add.* fuisse **P** || 40 martyr crucifixi signum adorare renuit *in marg.* **A** || 47 uulgi iudicium *in marg.* **A** || 48 quae … sequebatur **P** qui sequebantur **A** || 49 crucem esse **P** esse crucem **A** || 50 superstitio memorabilis *in marg.* **A** | se *ante* adorari *transp.* **P** || 55 posset **A** poterat **P** || 56–57 ut … relictum **P** ut breui momento nullum fuerit uestigium crucis relictum **A** || 58 monachi moriturum excarnificant *in marg.* **A** || 63 accenderunt **P** incenderunt **A** || 65 forte *om.* **P** | caput leuauit **P** leuauit caput **A** || 69 stupore digna constantia *in marg.* **A**

dus leo ad eos conuersus "quae haec est" inquit "malicia uestra perpetua? 70
quare mihi tantam meam foelicitatem inuidetis? quare me a uera gloria mea
abstraxistis?" ibi sine mora frustrati sua spe in ignem reposuerunt, qui magnas tum uires conceperat, in quo dicto citius consumptus est.

7 Audite nunc post eius mortem uarietatem sententiarum. inquisitores clare
affirmabant eum esse condemnatum, pro quo nullo modo esset orandum. 75
quin et eum etiamnum haereticum iudicant, qui de huius uiri condemnatione ausit dubitare. horum sententiam omnes religiosi monachi sequuntur.
ipse audiui a multis monachis Hispanis, qui Louanii et Antuerpiae nunc habitant, ratum esse atque indubitatum omnium scholarum suarum consensu
et sanctorum inquisitorum sententia eum hominem haereticum oportere iu- 80
dicari, qui de salute huius Francisci, quem a sanctis patribus, qui errare non
possunt, condemnatum constat, aliquo modo bene audeat sperare. ratio illa
est, quia uidetur agere contra ecclesiae decretum, scilicet quod firmum atque
inmotum est in coelo et in terris necessario esse oportet. o blasphemiam abominandam, cuius propediem aderit ultio de coelo, qualem nec ipsi cogitant 85
et extrema haec impietas promeretur!

8 Rursus non defuerunt ibi aliquot satellites de custodia Imperatoris, qui cineres combusti corporis quasi sancti hominis reliquias perstudiose quaesiuerint diligenterque conseruarint. praeterea interfuit quoque legatus Angliae,
qui aliquam eius uiri particulam, si qua posset reperiri, sibi peruestigari ius- 90
sit, quem ipse uerum Christi martyrem agnoscebat. ad hunc igitur cum allatum esset paruum os capitis semiustum, pro hoc munere trecentos aureos numerasse dicitur. haec autem adeo secrete fieri non potuerunt, quin ad aures
inquisitorum, fortassis etiam Imperatoris eius rei fama permanaret. cuius imperio, quoniam grauiter hoc nomine dicebatur offensus, satellites compre- 95
hensi sunt et legatus ad menses aliquot ex aula exulauit.

9 Habetis igitur nunc quod ego de utroque uiro scire potui quodque uerissimum esse non dubito. nam et ego partem eorum quae narrata sunt uidi et
quorum ego spectator non fui ab oculatis testibus et hominibus fide dignissimis accepi.' 100

10 Tum illi: 'talis nimirum est nostrorum hominum religio, quam nos habemus multis argumentis exploratam. etsi enim crudeliter hunc hominem suo
more tractauerunt, tamen non eorum crudelitatem perinde insectari libet
quam pacientiam admirari, qui hominem in religionis professione constantem tam diu uiuere permiserunt, nisi forte eo consilio ab ipsis factum uidea- 105
tur, ut crudelius longo cruciatu consumptum interficerent.

71 quare mihi … inuidetis *om.* **P** | mea *om.* **P** || **72** reposuerunt **A** reponunt **P** || **74** de extincto iudicia diuersa: [1]inquisitorum et monachorum, [2]satellitum Caesareorum, [3]legati Anglici *in marg.* **A** || **80** oportere iudicari **P** iudicari oportere **A** || **82** bene audeat **P** audeat bene **A** || **97** igitur *om.* **A** || **101** iudicium de Hispanis *in marg.* **A**

86 At ego tibi narrabo, quod magis mirum uideri queat et quod a paucis mensibus in Hispaniae ciuitate Sanct-Lucar contigit, quae non procul ab Hispali sita est. habitabat in ea urbe quidam statuarius Brabantus nomine Rochus, insignis artifex atque homo honestus. is autem, quoniam probe institutus erat in religione, non parum sua ipsius arte offendebatur eoque non ad superstitionem, quod plerique alii faciunt, simulachra effingebat, sed in quibus excellens quaedam artis dignitas emineret. (2) cum igitur diuam quamdam Virginem ligneam singulari dexteritate semel effinxisset eamque in officina sua uaenum exposuisset, cumque forte quidam de ordine inquisitorum, qui eam uidit, interrogaret quanti diuam illam Virginem indicaret, statuit certum precium artifex, cuius ne mediam quidem partem inquisitor obtulit. respondit Rochus: "si uellem tantillo dare hoc simulachrum, in quo conficiendo multum et laboris et temporis posui, uix mihi possem uel aquam lucri facere." tum inquisitor: "non plus dabo quam quod dixi, et tamen debeo habere." "habebis tu quidem", ait artifex, "si iustam mercedem numeraueris. alioqui potius frangerem quam eo precio tibi concederem." ibi Rochus arrepto instrumento, quod forte ad manus aderat, proiecit in imaginem, cuius faciem nonnihil laesit. (3) e uestigio ducitur captiuus Rochus, quasi magnum facinus conmisisset. "nonne" inquit "integrum mihi est opus, quod meis manibus confeci, pro arbitrio meo uel delere uel reficere? quid si mihi non placebat effigies et meliorem facere uolebam?" nihil auditur, nullae rationes admittuntur. tertio die deducitur ad supplicium, ut tanquam haereticus, qui diuam Virginem uiolauit, comburatur. ille ingressurus rogum alta uoce interrogauit, utrum ibi essent aliqui Flandrii. responderunt, qui forte aderant, esse duas naues in eo portu primo secundo uento eodem profecturas: quare si quid ibi curatum uellet, nunciaret libere, se quidem id effecturos diligenter. "nihil aliud" inquit ille "nisi ut patri meo, qui habitat Antuerpiae, nuncietis me quidem in hac urbe combustum, sed non ob aliud quam propter eam quam audiuistis causam." sic ille miser combustus est.

(4) Ne autem fabulosum esse putes quod dixi, offensus ego absurditate rei quaesiui perstudiose Antuerpiae, utrum aliquod exstaret ibi huius hominis uestigium aut aliqua eius noticia ad homines eiusdem artificis peruenisset. inueni tandem quosdam Rochi cognatos, qui cum eo et Antuerpiae et in Hispania uixerunt, atque omnino ita se rem habere affirmabant. quin et patrem Rochi prae ingenti dolore, quem propter filii mortem in animo conceperat,

1 Rochi Belgae statuarii historia *in marg.* **A** ‖ 9 forte *om.* **P** ‖ 11 partem *scripsi* patrem *mss.* ‖ 14 quod *om.* **P** ‖ 16 Rochus ob laesum simulacrum a se elaboratum ut haereticus comburitur *in marg.* **A** | arrepto **A** accepto **P** ‖ 20 uel[1] *om.* **P** ‖ 30 historiae certitudo confirmata *in marg.* **A** ‖ 31 exstaret ibi **P** ibi exstaret **A**

paulo ante uita defunctum esse praedicabant. innumera pene exempla proferre possem istis similia, nisi eadem tibi quoque nota putarem.

5 Itaque fieri non potest, ut, qui in puriore religionis doctrina institutus est, sine certo uitae periculo in Hispania uiuere queat. nemo ibi unquam legit euangelium, nemo impune uerbum unum de uera religione potest proponere. omnes quid sit euangelium, qualis sit redemptio filii Dei, quantum beneficium Christi, quid remissio peccatorum, quid sit iusticia fidei prorsus ignorant. unum Papam Romanum tanquam uerum deum uenerantur. huius leges quantumuis absurdas ferro et igne defendendas et conseruandas sibi
6 proponunt. uitam monasticam solam esse religionem putant eamque statum perfectionis appellant. atque ita inualuit iste perniciosus error, ut plenus sit apud nos ingens coenobiorum numerus istis ociosis beluis, quorum deus uenter est et gloria turpe ac perauarum lucrum, qui, cum omni genere flagitiorum sint inquinatissimi, sola illa ociosae ac (ut uerius dicam) flagitiosae uitae professione aeternam uitam se consequi posse arbitrantur.

87 Interim, Deum inmortalem, quanta facinora sub praetextu religionis ibi patrantur! quorum si uel suprema lineamenta uelim adumbrare, totus iste mensis non sufficeret uel ad ea tantum delineanda, quae ipse uidi et habeo compertissima, etiam si occultiora et horribiliora, quae in suis angulis solent perpetrare, ne minimo quidem digito attingam. omitto caetera. unum dumtaxat exemplum recitabo, quod ita in Hispania publicum est, ut in ore omnium hominum uersetur, atque ita recens, ut plurimis oculatis testibus possit comprobari.

2 Erat in coenobio Cordubensi monialis quaedam, cui nomen erat Magdalena de la Cruz, cuius pietas et religio in tota Hispania tanquam numen quoddam coelitus missum celebrabatur. quicquid ipsa loquebatur, existimabant nostri homines esse prophetarum oracula, quibus nephas esset non assentiri. omnes eius actiones diuina prorsus opera putabantur, quae potissimum tales erant, ut mirabili quadam blandiloquentia iuuenes magno loco natos, abnegato iure parentum, quos diuina ordinatione natura nobis coniunxit, ad professionem uitae monasticae conuerteret.

3 Multos ego noui ab ista foemina deceptos, qui hodie in illis impietatis sordibus sepulti uiuunt. denique talis erat tamque celebris illius fama in toto regno, ut, cum nasceretur princeps noster Philippus, Imperatoris filius, eius

47–48 quorum … gloria] *Phil.* 3, 19

37 proferre **P** commemorare **A** ‖ 38 pietas ex Hispania exulat *in marg.* **A** ‖ 41 sit[2] *om.* **A** ‖ 45 monachorum uita otiosa et flagitiosa *in marg.* **A**

5 attingam **P** contingam **A** ‖ 9 Magdalenae monialis Cordubensis historia; eiusdem ueneratio superstitiosa; consuetudo cum diabolo unde orta *in marg.* **A** ‖ 19 Philippus *om.* **P**

20 monialis uestem tanquam rem oppido sacram attulerint, qua inuolutus infans aduersus omnes cacodaemonis insidias securus ac bene munitus uideretur. at qualem tandem monialem fuisse repertam putas? certe melius id possent inquisitores dicere, qui eam diligentius explorarunt. nam ego sine ingenti animi horrore tam atrox tamque horrendum scelus ne cogitare qui-
25 dem possum.

Anno superiore comprehensa ultro confessa est omnia sua opera instinctu daemonis fuisse facta, cuius arbitrio a primis annis se totam gubernandam permiserat. addebat etiam totos quadraginta annos cum eodem priuatam consuetudinem habuisse. auertat Deus tam infandum facinus ab animis et **4**
30 memoria hominum! res autem ita se habet. narrat monialis olim sibi puellae decem annorum uenisse obuiam elegantis uiri speciem, qui eiusmodi artem ipsi promisit, qua praeter omnes Hispaniae foeminas eius nomen tanquam maxime illustre celebraretur, modo una dumtaxat in re uellet ipsi obtemperare. annuit puella auida rerum nouarum atque ilico facta monialis, et diui-
35 nationibus et conuersione hominum ad uitae monasticae professionem illustris eius fama in totam regionem spargebatur multosque praestantes uiros in sui admirationem traxit.

Itaque uere affirmare possumus, qui ab ea conuersi sunt ad monachismum, autore Diabolo hoc genus uitae professos esse. tantam autem esse ui- **5**
40 demus potentiam Satanae, ut tantum facinus spatio quadraginta annorum potuerit occultari, donec tandem puella quaedam, quam iisdem secum artibus instituere uolebat, rem uniuersam patefecit. comprehensa est igitur ab inquisitoribus, nec satis scio quid interim de ea factum sit.

88 Grassatur sine modo et alia quaedam pestis in Hispania, quae certissimam adfert animarum perniciem et uniuersas miserorum hominum facultates et sudores horribiliter exhaurit. ea est infinitus ueniarum pontificiarum numerus, quas bullas appellant, ad manifestam Dei contumeliam et sanguinis
5 Christi prophanationem comparatas. tantis uero imposturis, tam manifestis mendaciis refertae sunt, ut nullus iam sit puer neque rusticus in toto regno, qui meras esse Diaboli illusiones ac imposturas non intelligat.

2 Rursus tanta est miserorum hominum seruitus tamque angusto freno comprimuntur, ut, cum lippis et tonsoribus, quod dici solet, crassissimae illae
10 bullarum imposturae prorsus innotuerint, nemo tamen sit qui ausit uel

9–10 lippis … innotuerint] *cf. Hor. Sat. 1, 7, 3*

22 monialem fuisse **P** fuisse monialem **A** || 27 Daemonis **P** Satanae **A** || 33 una dumtaxat in **P** in una dumtaxat **A** || 39 genus uitae **P** uitae genus **A** || 42 est igitur **P** igitur est **A** || 43 factum sit **P** sit factum **A**

1 indulgentiis pontificiis Hispanorum opes exhauriuntur *in marg.* **A** || 8 Hispanorum seruitus durissima *in marg.* **A** || 9 quod **P** ut **A**

unum uerbum contra hiscere, imo uero nemo sit qui non eas uenerabundus adoret et magna pecunia emat. tertio quoque anno praedicantur nouae bullae nescio quibus diabolicis praetextibus, quarum praedicatio extenditur in totum triennium, singulis annis renouata, donec rursus ueniant ex urbe Roma posteriores condonationes, quae uniuersam illam uim, quam ipse 15 Papa prioribus antea concesserat, in uniuersum adimant. nam ea crassissima fraude, quae puerorum manibus palpari potest, suam fabulam aggrediuntur.

3 Deligunt ad hoc aliquem perfrictae frontis hominem, egregie garrulum, qui circum oppida et pagos bullarum praeconia nullo pudore decantet. hoc autem facit conceptis uerbis et praescripta concione, quam ad hanc fabulam 20 exhibendam habet comparatam, circa quadragesimam, quo tempore potissimum exercentur bullarum nundinationes. primo conuocatur populus in templum ad concionem audiendam, addito etiam excommunicationis fulmine, quod feriat absentem. deinde incipit ille impostor magnificis uerbis pro suggestu celebrare saeculi nostri foelicitatem, cui admirabili Dei ordinatione 25 hoc sit concessum, quod olim patres nostri uidere non potuerunt.

4 Nam superioribus saeculis uix centesimo quoque anno concedebatur a sanctissimo domino Papa, uicario Christi, iubilaeum quod uocant, hoc est peccatorum condonatio et absolutio a culpa et poena, ut ipsi loquuntur, et quidem non aliter, nisi quis Romam aut Compostellam aut Hierosolymam 30 religionis ergo fuerat peregrinatus: nunc uero tantam esse Dei bonitatem, tantam Papae liberalitatem, ut non singulis modo seculis, sed etiam singulis annis, imo, si parum hoc est, singulis diebus hos diuinos thesauros, has tantas spirituales diuitias hominibus fruendas proponat; nec opus esse iam procul Romam aut Hierosolymam cursitare: quin potius intra unius cuiusque 35 aedes proprias, intra domesticos parietes tantae opes ac bonae foelicitates hodie conspiciuntur.

5 Tum profert in medium bullam eamque totae concioni tanquam rem coelo delapsam ostentat. impotenter atque etiam impudenter eius uirtutes praedicat. addit quoque aliquas fabellas, quibus facilius possit inescare popularium 40 animos. denique usque adeo ille impostor exercitatus est in permouendis affectibus, ut paulatim totam concionem suspensam teneat et audientium animos quo uult impellat, ut uere credant imperiti homines se rem plane coelestem ac diuinam uidere, cum nihil quam meras imposturas et horribiles in

6 Deum blasphemias aut ostentet aut narret ille praeclarus concionator. qua- 45

18 indulgentiarum institores quibus artibus utuntur *in marg.* **A** || 28 iubilaeum] *plenaria peccatorum indulgentia iis qui limina SS. Apostolorum Romae uisitarent (Du Cange)* || 29 condonatio et absolutio **A** condonationem et absolutionem **P** || 31 fuerat **P** fuisset post corr. **A** || 34 esse iam **P** iam esse **A** || 38 bullae pontificiae quibus uirtutibus praeditae *in marg.* **A** || 40 aliquas **P** alias **A** 'quelque fable brief' **H**

rum prima illa est: tantam esse huius bullae uirtutem, ut reliquarum omnium superiorum uim ac facultatem aboleat, quae, nisi hac cum illis empta, suam uirtutem retinere non possint; si hanc accipiant, ingentem foelicitatem illam, quam de thesauris ecclesiae beatissimus Pater superioribus concessit,
50 integram atque inuiolatam manere; sine hac uero irrita esse praeterita omnia. quis hic non uidet manifestam Satanae imposturam? quam tamen si quis auderet uituperare, ilico tanquam haereticus combureretur. facultates autem, quae in ea bulla continentur, sunt non minus impie quam fraudulenter compositae, ut, qui eam emerit, certis quibusdam diebus possit animam
55 ex igne purgatorio liberare, aliis diebus remissionem ipse peccatorum et absolutionem culpae et poenae consequatur, et hoc genus infinita portenta.

89 Praecipue autem multi eam emere coguntur, ut liceat in quadragesima et aliis diebus pisculentis aut ouis uesci aut iis rebus uitam tueri quae ex lacte conficiuntur, quarum rerum usus est prohibitus in Hispania, librato fulmine excommunicationis et poena capitis constituta in eum qui cibum prohibitum
5 audebit gustare sine bulla. et cum Hispania sit potissimum mediterranea, ubi saepenumero nihil aliud inueniri potest quod sit aptum esui praeter fructus aut ea quae interdicta sunt, coguntur omnes emere bullam, ut integra conscientia prohibitis cibis, hoc est ouis et lacticiniis, uti possint.

2 Itaque postquam egregius ille concionator populi animos in suam senten-
10 tiam pertraxit, sparguntur in templum infinitae bullae ab hominibus, qui ad hanc fabulam saltandam quoque sunt subornati. tunc accipiunt omnes qui adsunt eos bullarum thesauros, qui in sordida charta continentur, sine quibus se uiuere non posse arbitrantur. interim hortatur ille impostor de suggestu populum ad liberalitatem, ut obuiis ulnis ea dona Dei amplectantur et
15 gratam animi significationem erga Deum suis eleemosynis ostendant. cum uidet omnes accepisse, denuo illis ingentem foelicitatem pollicetur et finem ipse facit concionandi. postridie circumcursitant illi impostores per totum oppidum, ut pecuniam bullarum recipiant, quarum singulae tertia parte floreni et aliquanto pluris uenduntur. ibi demum crudelitates inauditas exer- 3
20 cent. nam saepe fit ut multi miseri homines non habeant in promptu pecunias, qui labore suo quotidiano sibi et numerosae familiae uictum quaeritant. tum afflictos in carcerem detrudunt, a suis operis prohibent, fulminibus excommunicationum in eos saeuiunt; imo etiam uestes ipsas ex aedibus, stragula de lectis auferunt atque indignis modis homines miseros trac-

47–48 foelicitatem illam **P** illam foelicitatem **A** ‖ 52 impie **P** impiae **A**
1 aucupium ex indultu lacticinii *in marg.* **A** ‖ 6 nihil aliud **A** aliud nihil **P** ‖ 11 quoque sunt **P** sunt quoque **A** ‖ 12 qui **A** quos **P** | continentur **A** contineri **P** ‖ 17 implent superstitione animos et exhauriunt domos *in marg.* **A** ‖ 21 rapinae inhumanae *in marg.* **A** ‖ 22 operis **A** operibus **P**

tant, ut potius parentibus et liberis paruis totique familiae sit uel fame pe- 25
reundum quam ipsis fraudulentis nebulonibus pro suis imposturis uel
unicum obolum auferri uel solutionem differri patiantur.

4 Postquam omnino pecunias extorserunt, noua fraude homines decipiunt. persuadent iam illis concessam a Papa eam facultatem integram, quae in bullis continetur, quando pecunias numerarunt, etiam si bullam ipsam non 30 retineant. itaque eamdem bullam duobus aut tribus obolis redimunt, quam ipsam ter aut quater simili impostura iisdem hominibus uendunt ac reuendunt. sed quid ego extrema et infinita flagitia, quae in ista nundinatione bullarum conmittuntur, oratione consector? quae tanta profecto sunt, ut, si ea tantum quae ego ipse uidi sermone persequi uellem, menses profecto atque 35 anni me deficerent.

5 Ad haec tantus ibi est in hominibus error, tantus stupor, tanta carnificina conscientiarum, ut neque pater filio neque maritus uxori eamdem bullam credat posse sufficere. itaque non raro eadem familia uiginti et triginta bullas emere cogitur singulis annis, quarum pecunia crescit in inmensum et tenuio- 40 rum hominum facultates in bullis tantum emendis exhauriunt. noui ego mercatores, quos nominare possem, qui anno trigesimo nono pro bullis, quae erant distribuendae spatio trium sequentium annorum in ea tantum parte Hispaniae quae uocatur Castilia, quadringenta milia ducatorum ante tempus praenumerarunt, praeter aliam longe maiorem summam, quam in fine prae- 45 scripti temporis erant numeraturi.

90 Non minorem profecto operam sumerem, si miraculosa simulachra, quae in Hispania tanquam diuina numina uenerationi sunt, describerem, quam illa esse potest bullarum descriptio. nam in singulis ciuitatibus conspiciuntur aliquot diuae Virgines, quae miraculis ac portentis inclaruerunt, et non pauci praeterea diui, quorum nullum unquam in rerum natura extitisse arbi- 5 tror. sed illam uniuersam idolorum colluuiem, quae longe omnem Graecorum superstitionem ac idololatriam superat, in totum omittam atque unum dumtaxat exemplum et quidem satis illustre ac domesticum tanquam offensionis lapidem, in quem tu non semel impegisti, conmemorabo.

2 Te igitur uehementer oro, ut cum animo tuo diligenter reputes, quale por- 10 tentum, quantam abominationem ac ruinam secum trahat illud, quod in ciuitate nostra Burgensi in coenobio Augustiniensium colitur Christi simu-

28 nouae imposturae *in marg.* **A** || 35 ego *om.* **P** || 36 me **P** mihi **A** || 37 rem auferunt cum puluisculo *in marg.* **A** *(cf. Plaut. Truc. 19)* || 39 posse *om.* **P** || 43–44 parte Hispaniae **P** Hispaniae parte **A**

1 simulacra miraculosa in Hispania *in marg.* **A** || 2 uenerationi sunt **P** uenerantur **A** || 6 idolorum colluuiem **P** colluuiem idolorum **A** || 10 crucifixi simulacrum Burgense a Nicodomo fabrefactum, abominanda superstitio *in marg.* **A** || 12 ciuitate nostra **P** nostra ciuitate **A**

lachrum in crucem suffixi. inualuit apud omnes homines opinio Nicodemum nescio quem tempore passionis Christi simulachrum illud confecisse 15 ad eamdem prorsus magnitudinem ac similitudinem cum Christo seruatore nostro in cruce pendente. deinde ab eodem Nicodemo, lignea custodia diligenter munitum, ligneum deum in mare proiectum, ubi longo post tempore a mercatore quodam repertum in eum tandem locum ordinatione diuina fuisse deportatum.

20 Persuadent hominibus ignorari adhuc, ex qua materia sit ligneus ille ac 3 sordidus deus compositus: esse sine ulla dubitatione carneum quiddam, cui crescant capilli, crescat barba, crescant extremitates unguium. lauantur ei pedes aqua frigida singulis diebus sabbati, quam aquam tantam praedicant habere uim, ut possit omni morborum generi mederi, eamque in aegrotos ho- 25 mines ciuitatis passim distribuunt. inclaruit miraculis multis atque illustribus, quorum aliqua pars picta ibi ac descripta uisitur, quae integrum eius coenobii ambitum implet. hoc simulachrum animos omnium ciuium, multorum principum ac totius pene regni dementauit. cuius ego miracula non minus autore Satana prodita esse audeo confirmare quam de oraculis gentium 30 fertur peruulgata fama. ingens lucrum ociosis monachis peperit hoc simulachrum, sed multo horribiliorem idololatriam animis hominum erexit et cumulauit.

Singulis diebus Veneris tota eo ciuitas confluit magnumque scelus a se 4 conmissum arbitratur, qui uel unicum diem Veneris praetermiserit. iubent in 35 eo loco ciues infinitum missarum numerum celebrari, offerunt pecunias, ceram, aurum, argentum, nihil non. donantur quoque a principibus munera argentea et aurea quam plurima. is plane se beatum existimat, cuius oculis patere potest uel semel simulachrum in aedito ac subobscuro loco positum, pannis sericis, aureis et argenteis tectum et quidem diligenter claue obsera- 40 tum. cum aperitur, Deum inmortalem, qualis ibi foeminarum ac uirorum gemitus, quales singultus, quales lachrymae, qualia suspiria, quam portentosa uerba, quam horribilis adoratio usitato illo tundendi pectoris more declarata! quoties tam coecam istam, tam crassam, tam execrandam Satanae idololatriam mecum considero, quae mihi nunc coram oculis ac in conspectu ipso 45 esse uidetur, toto corpore atque animo contremisco.

Haec autem omnia in hoc dumtaxat sunt comparata, ut eo lucro aliquot 5 ociosi ac facinorosi monachi in illo ergastulo ueluti porci saginentur et infinitum animarum numerum secum in certissimam perniciem trahant.

Non ignoras ipse quid ante paucos annos in eadem uestra ciuitate contige- 6

25 miracula *in marg.* **A** || 33 cultus simulacri *in marg.* **A** || 38 potest uel semel **P** uel semel potest **A** || 42 tundendi pectoris more **P** more tundendi pectoris **A** || 46 idololatriae finis *in marg.* **A** || 49 quid **A** quod **P**

rit. nam cum alii eius templi monachi, quod uulgo Sepulchrum uocant, lucro 50
Augustiniensium inuiderent, finxerunt et ipsi nescio quod aliud sepulti Christi simulachrum, quod paulatim quoque coepit miraculis inclarescere. quae res non minimam lucri portionem Augustiniensibus detrahebat. quid ibi fecerunt monachi Augustiniani? in sacro die Veneris in quadragesima morti ac sepulturae Christi consecrato duo monachi Augustiniani religionis causa 55
uenerunt ad sepulchrum, ut tota ibi nocte ad monumentum (ut uocant) pro more patrio orantes uigilarent. illi monachi tanquam religiosiores a reliqua hominum turba semoti quasi oraturi in occulto quodam loco templum incenderunt, eaque nocte et simulachrum ipsum et totum templum horrendo quodam flammarum incendio conflagrauit, atque ita Augustiniani monachi et 60
lucrum integrum et idololatriae monarchiam soli obtinuerunt.

7 Haec autem de crassioribus tantum idololatriis, quae in oculos hominum cadunt et quasi manibus attrectari possunt, dicta sunto. nam si uel haec omnia oratione persequi uellem uel de abominatione missarum, de corruptela sacramentorum, de tota denique uiolatione doctrinae Christianae aliquid di- 65
cere inciperem, quae quanto est delicatior atque occultior, tanto est animarum pestis nocentior, latissimum campum mox aperiri uideres uix multis milibus permeabilem. sed alias dabitur latior disserendi locus. nunc quoniam ingruit nox, tempus ipsum admonet ut nos in aedes nostras recipiamus eaque lege nunc abs te recedamus, ut posthac, dum hic manserit Imperator, 70
qui intra pauculos dies in Germaniam profecturus dicitur, ad te reuertamur.' quod sane fecerunt diligenter ibique de multis rebus magni momenti contulimus, quae longum esset hic conmemorare.

8 Durauit igitur ea consuetudo usque ad secundum diem anni quadragesimi quarti, quo die Imperator in Germaniam profectus est ad conuentum Spiren- 75
sem. interim ego maneo solus in carcere amicorum consuetudine destitutus planeque ignoro, quo in statu relinquantur negocia mea, nec aliud unquam audio in eo loco aut uideo quam tristissimarum rerum spectacula, quae me de miseria generis humani, de horrenda hominum impietate grauissimis exemplis quotidie admoneant, quorum duo maxime illustria recitabo. 80

91 Primo die superioris anni quadragesimi quarti deductus est ex Louanio Bruxellam in eundem carcerem, ubi nos eramus, uir quidam captiuus, ciuis Louaniensis, cui nomen erat Iusto Iusbergio. hunc hospiti nostro satellites in custodiam tradiderunt nomine Drosardi, ea ordinatione, ut in priuato loco

50 simile simulacrum, ex ambitione et auaritia natum, monachorum fraude cum templo crematur *in marg.* **A** || 56 ut uocant *om.* **P** || 68 colloquii pars reliqua in aliud tempus differtur *in marg.* **A** || 74 Caesar in conuentum Spirensem proficiscitur *in marg.* **A**

1 Iustus Iusbergius Louaniensis in custodiam datus *in marg.* **A** || 3 hospiti nostro satellites **P** satellites hospiti nostro **A** || 4 priuato loco **P** loco priuato **A**

5 clausum teneret neque in colloquium aut conspectum aliorum hominum
uenire permitteret. est autem Drosardus officii nomen in Brabantia, cui pote-
statem fecit Imperator certis quibusdam limitibus eius regionis circumscrip-
tam aut comprehendendi aut afficiendi capitali supplicio, quemcumque ipse
pro suo arbitrio tanquam magistratus aut morte aut uinculis aut alio tor-
10 mento dignum existimaret. qui uero hoc officium eo tempore administrabat,
erat homo peruersissimus, simpliciter Epicureus, magna et multiplici turpi-
tudinis labe contaminatus.

Ingreditur igitur Iustus Iusbergius circa horam decimam ante prandium 2
necopinantibus nobis eam habitationem, ubi captiui solebant conuenire. sa-
15 lutat blandissime ingrediens 'saluete', inquiens, 'optimi uiri, neque offendat
uos, quaeso, mea praesentia, quamuis hominis abiecti, quae neque uobis ne-
que ulli mortalium, sicut arbitror, diu molesta esse poterit.' resalutatur a no-
bis amanter et, quoniam permaduerat in uia, iubetur prope ignem assidere.
hunc uirum summa charitate complexus est Aegidius noster, quem et antea
20 nouerat, et nullum non aut amicitiae aut pietatis officium in eo curando
tunc praetermittebat, ut facile intensum et minime simulatum amorem po-
tuisses cernere.

Cum animaduerterem Aegidio nostro eum esse notum, rogaui quidnam 3
hominis esset. 'est' inquit 'sanctus uir, qui multas et permolestas persequu-
25 tiones tulit pro asserenda gloria Dei, cuius eximiam pietatem, ueram Christi
cognitionem, singularem modestiam, cum magna quadam animi constantia
et grauitate coniunctam, si propius cognitam haberes, uehementer Deum ae-
ternum laudares, qui tanta magnitudine animi, tam illustribus suae munifi-
centiae donis eum locupletauerit. quare ne graueris, quaeso, mi frater, pauli-
30 sper cum eo conferre, ut mutua sacrarum scripturarum conmunicatione
utriusque fides roboretur.' 'faciam' inquam 'perlibenter, sed quoniam multos
hunc in locum nunc uideo confluxisse iamque horam prandii instare, non ar-
bitror esse posse hoc tempore colloquium opportunum. curabo autem apud
hospitem, ut nobiscum maneat in prandio, quo peracto conmodior dabitur
35 colloquendi locus.' factum est ita.

Post prandium accedo ad ipsum, rogo quam ob causam captiuus teneretur. 4
tum ille: 'neque haec uincula despicies, opinor, neque istam calamitosam
sortem meam miraberis, si uel te ipsum respexeris uel conditionem ecclesiae

6 Drosardi in Brabantia munus *in marg.* **A** | Drosardus] *Theutonice 'Drossaet' et 'Drossaert', Saxonice 'Droste', Gallice 'Prévost des Maréchaux' = succinctus quaesitor (Du Cange s. uu. 'Drossardus' et 'Drossatus')* ‖ 13 captiui humanitas, cum Aegidio familiaritas *in marg.* **A** ‖ 14 solebant **A** solent **P** ‖ 15–16 offendat uos **P** uos offendat **A** ‖ 17 molesta esse poterit **P** esse poterit molesta **A** ‖ 21 potuisses **A** posses **P** ‖ 23 elogium *in marg.* **A** ‖ 32 nunc *om.* **P** ‖ 36 autoris cum Iusto colloquium *in marg.* **A** ‖ 37 opinor *om.* **P**

in mundo uel eorum fortunam, qui doctrinam Christi profitentur, diligenter consideraueris. dicam equidem quod postulas quodque Aegidius noster, cui 40 omnes meae fortunae perinde ut mihi ipsi sunt notae, narrare potuisset. longo iam tempore me Dominus exercuit grauissimis probationibus. uerum ut superiores miserias omittam, quae non paucae neque leues exstiterunt (Deo patri sit laus, sit illi sempiterna gloria, cuius uiribus ac praesidio eas omnes superaui), de hac postrema et misera captiuitate mea (quam potius 45 gloriosam appellare debeo, ut quam gloriosum finem propediem in conspectu Dei parituram spero) pauca dicam.

92 Integer nunc agitur annus ab eo tempore, quo inter Procuratorem Generalem et reliquos gubernatores harum regionum est initum consilium saeuiendi crudeliter in eos, qui puram Christi seruatoris nostri doctrinam amplecterentur. descripserunt numerosum catalogum eorum, quos in singulis Brabantiae ac Flandriae ciuitatibus uolebant comprehendere. praeter caete- 5 ros autem in primis habuerunt suspectos Louanienses, siue quod in ea urbe tum maxime floreret uerbum Dei siue quod facilius quicquid ibi erat purae doctrinae a theologis conspici posset, qui in hoc potissimum habent intentos oculos, ut eos notent ac prodant, quos parum sibi fauentes arbitrantur, siue etiam ideo factum est, quod minore negocio Procurator Generalis cum suis, 10 praesertim cum essent theologorum satellicio muniti, Louanienses subiugare posse putauerunt. causam certam non satis scio.

2 Inter alios uero ciues Louanienses nescio quo fato ego semper uel maxime suspectus fui habitus. quaesitus igitur sum primo Louanii. sed cum ibi non essem inuentus scirentque me in coenobium quoddam uocatum esse, quod 15 duobus tantum miliaribus ab hac urbe distat, ut meum ibi pellionis artificium in parandis monachorum uestibus exercerem, comprehendendi mei curam Drosardo mandauerunt. Procurator uero cum suis Louanium se contulit, ubi cruentam illam stragem et Christianorum hominum carnificinam exercuit, quam haud dubie intellexisti. 20

3 Venit Drosardus in coenobium magno satellicio carnificum stipatus, qui me in ipso limine coenobii parantem pelles inuenerunt. ibi dato signo lictoribus omnes pariter tanquam lupi famelici in me irruunt. extorquent uiolenter e manibus pelles, in quibus laborabam, instrumenta omnia meque totum explorant diligenter. quibus equidem nunquam restiti neque uehementer sum 25 insperato casu conmotus, qui longe antea et ingenia hominum noueram et simile quiddam mihi expectandum esse non ignorabam. dum me explorant,

41 ipsi *om.* **P**

1 captiuitas eiusdem caussa *in marg.* **A** || 2 est initum **P** initum est **A** || 7 tum maxime **P** maxime tum **A** || 15 uocatum esse **P** esse uocatum **A** || 21 Iustus pellionis opera exercens capitur *in marg.* **A** || 23 extorquent **A** extorquebant **P**

forte Nouum Testamentum et partem quamdam concionum Lutheri apud me inuenerunt, quos ego libros nunquam de sinu meo solebam deponere. at illi hac praeda, quam certissimum telum contra me agnoscebant, supra quam facile credi possit laetati sunt et me sine mora funibus ligatum tanquam facinorosum latronem Bruxellam in aedes Drosardi pertraxerunt.

Postridie uenerunt ad me duo consiliarii de cancellaria, quos illi commissarios uocant, ut me de fide mea interrogarent. minitantur extrema tormenta, nisi ad omnia, quae a me percontaturi essent, quicquid ego scirem simpliciter responderem. dixi me talem esse, qui ueritatem usque ad ultimum uitae finem et profiteri et propugnare pro uirili mea uellem, etiam si nulla supplicia essent proposita.

Rogauerunt sententiam meam de singulis articulis fidei, de potestate Romani Pontificis, de purgatorio, de sacrificio missae, de indulgentiis, de sacramento sub utraque specie, alia quaedam pene infinita. respondi ego simpliciter et candide, quod homo Christianus, qui unum Christum iustitiam, sanctificationem et redemptionem toti generi humano gratis donatum agnoscit et profitetur, debebat confiteri, quemadmodum ego eam doctrinam ex sacris literis didiceram.

Rogauerunt quare illos libros apud me habuerim, qui essent suspecti, cum non sit meum officium legere. respondi meum esse officium legere, quae ad salutem meam sunt necessaria, nec minus redemptionem filii Dei ad me pertinere, quae in sacris libris continetur, quam ad magnos doctores aut uel summos orbis terrarum monarchas. "at sunt libri haeretici!" "mihi sane sunt pii, salutares et Christiani, etiam si uobis haeretici uideantur."

Denique postulauerunt ut ego alios proderem, quos eadem mecum haeresi nouerim contaminatos. respondi neque me ullam haeresin agnoscere neque aliam omnino quam filii Dei doctrinam uelle profiteri neque rursus ullos haereticos nouisse praeter huius coelestis doctrinae persecutores, quicumque tandem illi essent. ibi sum iudicatus blasphemus, qui eos uocauerim persecutores, quamuis nullum ego nominauerim.

Denique minitati sunt grauia supplicia, qualia nondum essent in quemquam mortalium aedita: uelle totum corpus membratim lacerare, candenti ferro singulas corporis partes discerpere et nescio quas praeterea crudelitates, nisi eos proderem quibuscum solebam conuersari. respondi simpliciter Drosardum ipsum suis oculis uidisse eius coenobii monachos, cum quibus non-

29 solebam **A** soleo **P** || 31 facile credi possit **P** credi facile queat **A** || 33 examinatur *in marg.* **A** || 34 minitantur **A** minantur **P** || 41 pene *om.* **P** | confessionem suam edit *in marg.* **A** || 46 de libris interrogatus intrepide respondet *in marg.* **A** || 47 esse officium **P** officium esse **A** || 51 uideantur **A** uidentur **P** || 52 ego *om.* **P** || 56 eos *om.* **A** || 58 comminatione tormentorum et supliciorum territatur *in marg.* **A** || 60 praeterea *om.* **P** || 61 solebam **P** solerem **A**

nunquam conferebam: si eos uellent comprehendere, facerent sane pro arbitrio suo.

93 Cum igitur uiderent nullam esse spem extorquendi, quod ipsi maxime sacire uolebant, me in istum carcerem detruserunt atque in superiore cubiculo collocarunt, ubi totas nouem septimanas mansi clausis fenestris in densis tenebris, neque quemquam mortalium ad me uenire patiebantur praeter hospitam, quae semel atque iterum adferebat cibum. postea uero nescio quam ob causam Louanium transtulerunt, ubi in loco tetro permansi usque in hunc diem. neque dubito quin eo me consilio huc accersiuerint, ut finem tandem tam multis tormentis imponant, quo nihil profecto hoc tempore mihi euenire
2 posset optatius. nam praeter illam perpetuam et satis grauem corporis miseriam dici non potest quam ardua mentis certamina pertulerim, cum quantis periculis mortis, Diaboli et inferni, cum ipsa denique desperatione sim conflictatus. et quis quaeso est in tanta rerum humanarum desperatione, in tanta imbecillitate naturae humanae, qui non interdum trepidet, qui non pertimescat? aut quis mortalis homo aequabilem animi magnitudinem, parem sine intermissione constantiam et robur perpetuo uitae tenore queat tueri? quis ad tantas illius generis humani hostis machinas et oppugnationes, ad peccatorum conscientiam, ad praesentem mortis et inferni conspectum interdum
3 tanquam homo fragilis non uacillet, non expauescat, non conmoueatur? at ego illum perbeatum existimo, qui usque ad finem potest consistere, qui, etsi aliquando impingit in tantis huius mundi offensionibus, non cadit tamen. uosque, fratres mei, per misericordiam aeterni patris oro, ut ardenti precatione aures Dei perpetuo mecum interpelletis, ut is pro inmensa sua bonitate in hoc extremo articulo uitae meae perfectam animi magnitudinem concedat, qua possim insidias ueteris hostis superare ac metas huius militiae Christianae foeliciter pertingere.'

4 Cum eum de se ipso disserentem audirem, maiorem aliquam eius noticiam inter dicendum recognoui. nam et ego Louanii eram, cum eo ex Bruxella deduceretur, et in peruulgatis hominum sermonibus ibi ferebatur istum esse qui reliquos Louanienses prodidisset. quod ipsum utrum uerum esset ab eo satis diligenter paulo ante mortem rogaui. ille uero non solum uulgatum rumorem uerum fuisse negabat, sed iureiurando etiam confirmauit ne uerbum quidem unum de quoquam mortalium patefecisse semperque ita animum suum comparasse, ut solus extrema perpeti quam in periculi societatem amicos et pios fratres secum adducere maluisset. merito igitur extra

1 carceri mancipatur *in marg.* **A** || 5 adferebat cibum **P** cibum adferebat **A** || 9 euenire *ante* hoc *transp.* **P** | certamina spiritualia *in marg.* **A** || 12 quaeso **P** obserco **A** || 13 hominum imbecillitas *in marg.* **A** || 14 aequabilem **A** aequelem **P** || 17 et **P** ac **A** || 19 at *scripsi* ac *mss.* || 24 metas **P** metam **A** || 26 Iustus indicii immerito insimulatus *in marg.* **A**

35 omnem huius criminis noxam esse debet Iustus noster apud omnes honestos uiros, qui huius uere iusti hominis innocentiam hactenus ignorarunt.

Totum illum diem piis confabulationibus insumpsimus, in quo nihil agi 5 potuit in causa Iusti nostri nec aliorum captiuorum propter diei celebritatem. nihil etiam sequenti die actum est propter Imperatoris profectionem, quem 40 omnes magistratus, omnes principes uiri Louanium usque deduxerunt.

Eodem die circa uesperum uenit ad me quidam aulicus uir, qui me optime 6 de causa mea iubebat sperare seque laetum nuncium mihi adferre praedicabat. nam cum forte fuisset in uia cum praeside, qui summum in aula Burgundica tenet gubernationis gradum, audiuit eum ipsum ad alios, qui una 45 proficiscebantur, dicentem haec uerba: 'iurarunt isti monachi Hispani quemdam alium Hispanum comprehendi propter Nouum Testamentum in linguam Hispanicam conuersum, clamitantes in eo libro ingentes corruptelas et impiam doctrinam contineri, et tandem liber inuentus est iustus. quod si nihil aliud aduersus illum habebunt, cogentur cum magno suo pudore dimit-50 tere.' 'haec uerba' inquit 'tunc ego diligenter arripui, quae tibi denunciare uolui, antequam in aedes meas uenirem. unde coniecturam facio sperandam nobis esse, Deo bene adiuuante, breuem aliquam liberationem.' egi gratias 7 pro laeto nuncio, quo et ego sum non mediocriter delectatus, quamquam neque huius sententia neque plurimus alioqui maximorum hominum fauor, 55 qui in nostram partem omnino propendebant, multum nobis potuit prodesse ad liberationem, ut postea dicam. nunc ad Iusti causam redeo.

Sequenti die post meridiem Drosardus misit in carcerem aliquot carnifi- **94** ces, qui Iustum ad iudicium deducerent, ubi sedebat Procurator Generalis eius quoque hostis infestissimus cum aliis consiliariis et iudicibus in eadem cum ipso disciplina institutis. tum prodeunt in medium illi duo, qui olim in 5 eadem causa fuerant delegati quique ab eo confessionem fidei extorserunt, atque idem tum scriptum in medium prolatum audiente Iusto perlegerunt.

Deinde ab eo interrogarunt, utrum agnosceret in eo scripto suae fidei con- 2 fessionem. respondit Iustus: 'fateor utrumque uestrum olim ad me uenisse deque fide mea postulasse testimonium non sine grauissimis tormentorum 10 comminationibus. fateor insuper eam me tum sententiam diserte protulisse, quam ego ex sacris literis didiceram et quam omnes Christiani uno ore deberent profiteri. affirmo etiam nihil tum a me dictum fuisse, quin statim illud

36 uere **A** ueram **P** || 40 usque *om.* **P** || 41 aulicus Francisco laetum adfert nuncium *in marg.* **A** | uesperum **A** uesperam **P** || 47 clamitantes **A** clamantes **P** || 49 illum **A** ipsum **P** | suo *om.* **P** || 55 potuit prodesse **P** prodesse potuit **A**

1 martyrium Iusti *in marg.* **A** || 3 infestissimus **P** infensissimus **A** || 7 in confessionis ueritatis constantia *in marg.* **A** | ab eo **P** eum *post corr.* **A** || 12 tum a me **P** a me tum **P** | fuisse **P** esse **A**

ipsum fuerit clarissimis sacrarum literarum testimoniis confirmatum. nunc
uero animaduerto sacrarum scripturarum testimonia, quibus eaedem senten-
tiae confirmabantur, siue destinata malicia siue alia occasione callide sub- 15
lata omnia nihilque a uobis praetermissum, quo uerba mea deprauarentur.
sed tamen qualesquales sint eae sententiae, quas modo legistis, libenter eas
agnosco pro fidei meae confessione, quas denuo sum paratus sacrarum scrip-
turarum autoritate confirmare.'

3 Tum illi: 'quandoquidem hanc agnoscis tuae fidei confessionem, petimus 20
abs te, ut tanquam haereticam et a consuetudine sanctae matris ecclesiae
dissentientem eam uelis recantare. quod si feceris, et saluti animae tuae con-
sules et corporis supplicia fortassis minuentur. sin uero potius in tuis errori-
bus persistere malueris, uiuus plane combureris atque huiusmodi exempla in
te aedentur, qualia nondum ab hominibus excogitata, ut tibi digna tuis meri- 25
tis poena et aliis terrori ac exemplo esse possit.'

4 Respondit Iustus: 'animus meus uacat omni impietate neque prudens aut
sciens uellem opinionem ullam fouere, quae a ueritate ipsa, quae a prae-
scripto uerbi Dei quoquomodo aliena uideretur. sicubi sum lapsus, ut sunt
humana, peto meliora doceri. quare si quisquam uestrum est, qui firmis ra- 30
tionibus, qui solidis oraculorum Dei testimoniis ueriorem sententiam doce-
bit, non solum ego libenter ab eo discam, sed candide etiam ea omnia recan-
tabo, in quibus a me antea erratum esse fuerit deprehensum.'

5 'Non est' inquiunt 'nunc disputandi locus, tantummodo prauas istas opi-
niones reuocare iuberis.' 'nullam adhuc' inquit Iustus 'in uerbis meis praui- 35
tatem agnosco nec eam sententiam, quam professus sum, possem reuocare,
quin eadem opera aeternam Dei ueritatem abnegarem. quod nondum facere
constitui, Deumque precor, ne ad tantam dementiam me uenire permittat.'
uisus est ad haec uerba blasphemare denuoque iubent sine ullis disputationi-
bus abnegare omnia, ni mallet uiuus comburi. 'ista quidem uis est', inquit 40
Iustus, 'quae tamen, si eum quem nunc habeo animum Deus conseruabit,
nunquam me ad hanc manifestam impietatem permouebit.' 'ne possis' in-
quiunt 'de ulla ui aut iniuria conqueri, tempus tibi deliberandi usque in cra-
stinum conceditur.' tunc iusserunt eum in carcerem reduci.

6 Excepit Aegidius noster aduenientem, quem multi satellites ligatum dedu- 45
cebant. salutat blande, rogat ecquid esset noui. 'Dominus' inquit 'uocauit
me.' uolentem percontari plura satellites magno impetu contumeliose repule-
runt. 'abi tu', inquiunt, 'qui non minore supplicio dignus uideris quam alter

18 fidei meae **P** meae fidei **A** | sacrarum **P** sanctarum **A** || 20 palinodia petitur: modeste constanterque denegatur *in marg.* **A** || 22 eam *om.* **P** | animae *om.* **P** || 23 fortassis **A** forte **P** | potius *om.* **A** || 24 huiusmodi **P** eiusmodi **A** || 29 uerbi **A** uerbo **P** | uideretur **A** uidetur **P** || 33 a *in ras.* **P** | erratum esse **A** errasse **P** || 42 deliberandi spacium datur *in marg.* **A** || 47 satellitum crudelitas *in marg.* **A**

iste induratus haereticus. sed dies quoque tuus aderit propediem, in quo se-
50 queris istius tui fratris uestigia.' respondit illis Aegidius ualde modeste: 'inique facitis, amici, qui me ab isto, quem ego uerum fratrem agnosco, tam insolenter expellatis. quod si meus dies propediem aderit, uos quoque homines estis ac de uestro etiam cogitare debetis. mihi uero, quandocumque uenerit, nec ingratus nec insperatus aderit nec uestrum quisquam meo nomine peri-
55 culum adire cogetur.' haec uerba Aegidii, quae in consessu iudicum relata fuerunt, magnum periculum, imo etiam ipsam mortem Aegidio nostro pepererunt.

Vbi autem recesserunt satellites, ascendimus ad Iustum Aegidius et ego. 7 narrat ille quod gestum erat. nos eum ad tolerantiam, ad inuocationem Dei,
60 ad constantem aeternae ueritatis professionem sumus cohortati. ibi Aegidius noster incredibiles animi affectus depromebat tantaque orationis ui ac sententiarum dignitate erga eum utebatur, ut me quoque ad lachrymas prouocaret. denique cum iam instaret hora coenae, descendimus modeste, ne quis animaduerteret nos apud eum fuisse, quod erat prohibitum.

Sequenti die Veneris, quinta Ianuarii, ante meridiem redeunt satellites in **95** carcerem, ut Iustum ad iudicium deducerent. ubi coram iudicibus constitit, rogauerunt utrum mutasset sententiam, utrum uellet suas haereses reuocare. negat iterum constanter Iustus quicquam in sua confessione contineri, cuius
5 ipsum deberet poenitere.

'Nisi abnegabis' inquiunt 'omnia, tu peribis.' 'ista quidem profecto est 2 inaudita tyrannis ac uiolentia, ut neque uos ipsi meliora docere uelitis et tamen ad recantationem certissimae atque indubitatae uoluntatis Dei sine ullo iure, sine ulla ratione me inflectere contendatis. sum equidem paratus a uo-
10 bis discere, modo iustis rationibus alicubi me lapsum esse ostenderitis; sum paratus quoque meam fidem diuinis testimoniis confirmare. quod si neque docere uultis neque solidas rationes audire, sed tantum pro libidine uestra contra omne phas et ius uiolenter rem gerere, agite sane quod uobis uisum erit, quando nemo nunc est, qui hoc possit prohibere. sed memineritis uos
15 quoque huius facti uestri rationem in iudicio Dei esse reddituros. ego uero nunquam conmittam, ut aeternam Dei ueritatem in terris coram hominibus pernegem, cuius testimonium mihi reddi cupiam in coelis coram patre coelesti.'

Tum illi: 'iam antea tibi diximus istum locum non esse ad disputationes 3

50 Aegidii memorabilis pietas *in marg.* **A** ‖ 53 debetis **P** deberetis **A** 'vous devez' **H** ‖ 58 Iustus amicorum exhortatione confirmatur *in marg.* **A**

1 iudicium de Iusto institutum *in marg.* **A** | supplicium sumptum *in ras.* **A** ‖ 6 modesta et uera Iusti responsio *in marg.* **A** ‖ 12 audire **P** admittere **A** 'ouyr' **H** ‖ 13 phas et ius uiolenter rem gerere **P** ius et phas rem gerere uiolenter **A** ‖ 15 in confessione ueritatis constantia *in marg.* **A** | extrema Iusti uerba *in ras.* **A**

constitutum. quod si tam bonus tibi disputator uideris, mittemus ad te post prandium duos religiosos monachos, cum quibus disputare poteris, quamdiu uoles. interim uero, quoniam te pertinacem haereticum uidemus, hac sententia nostra difinitiua pronunciamus te pro istis sceleribus incendio plectendum esse atque ex memoria hominum sic delendum, ut tuum corpus flammis consumptum tandem in cineres redigatur.' 20 25

4 Flexit tum genua coram ipsis Iustus ac primum laudauit Deum, deinde ipsis iudicibus gratias egit, quod finem tandem huius uitae calamitatibus imposuissent, eosque impense orauit, non ut reuocarent sententiam, quod ipse non expetebat, sed ut gladio, non incendio plecteretur. responderunt iam esse latam sententiam, quae nullo modo ab ipsis aut reuocari aut mutari posset, nisi peculiari Reginae gratia hoc ipsi concederetur, de quo non erat sperandum. 30

5 Post meridiem uenerunt duo reuerendi patres, quorum alter erat Dominicanus theologiae licentiatus, homo ad simulationem atque impietatem compositus, alter Franciscanus, literarum quidem rudis, sed non perinde praua natura praeditus. admittuntur soli ad Iustum, qui eum toto illo die suis molestis interrogationibus grauiter excruciarunt. primo dicunt se a consiliariis eo missos esse, ut aliquam ei consolationem adferrent et, quando nulla iam erat spes de uita corporis, eum de salute animi admonerent. orabant etiam ualde officiose, ut a prauis opinionibus conuerteretur, ne cum corpore simul anima periclitaretur. 35 40

6 At rursus orauit Iustus, ut redirent domum, ut suo labori parcerent, nec ipsi pergerent diutius esse molesti: si quid autem in ipsius causa facere uellent, curarent apud iudices aut penes quos eius rei potestas esset, ut gladio plecteretur; si possent impetrare, bene quidem; sin aliter, manerent ipsi in suo coenobio, nec in re non solum absurda, uerum etiam impia ocio suo et negocio abuterentur. 45

7 Receperunt monachi se id curaturos esse diligenter, sed non proinde intermittebant frequentes concursationes in carcerem, ubi maximam temporis partem quotidie apud Iustum consumebant. nam post condemnationem mansit in carcere tres integros dies, neque de eo supplicium sumere uoluerunt usque ad sequentem diem Lunae, ea uidelicet spe, quod eam doctrinam, quam semper fuerat constanter ac intrepide professus, pro qua etiam erat condemnatus, tunc esset abnegaturus. 50

8 Quoties aberant monachi, semper Aegidius et ego eramus apud eum, ubi 55

25 tandem in cineres **P** in cineres tandem **A** || 26 coram ipsis *om.* **P** || 33 cum monachis conflictatio *in marg.* **A** || 40 ut … conuerteretur *om.* **P** *nec uertit* **H** || 43 ipsius causa **P** gratiam illius **A** || 50 supplicium dilatum *in marg.* **A** || 55 monachorum improbitas Aegidii consolationibus retunditur *in marg.* **A**

multa nobis de monachorum improbitate narrabat, a quibus longe maiorem crucem illis ultimis diebus se pertulisse affirmabat quam unquam alias in carcere sensisset, etiam cum solus atque in tenebris clausus teneretur. sed multo plura et ardentiora Aegidius noster diuina uoce planeque coelesti spi-
60 ritu pronunciabat. tanta enim ui eloquentiae, tanta dicendi facultate, tanta pietate animi condita ex illius ore profluebat oratio, singulari quadam rerum maximarum grauitate instructa et perpolita, ut singula uerba in cor audientium penetrarent et lachrymas nobis elicerent. agnouisses profecto non obscure a Deo eius mentem ac sermonem gubernari. mihi profecto dubium non
65 erat, quin spiritus ipse Dei, qui tantam illi orationis copiam et suauitatem subministrabat, in casto illo pectore habitaret atque in lingua dicentis insideret.

Erant autem illi sordidi monachi supra modum nobis molesti, qui suis cur- 9 sitationibus tantam colloquii nostri uoluptatem frequenter interpellabant.
70 ueniebant quoque interea non pauci et monachi et sacrificuli atque alii pessimi homines, qui in abnegatione ueritatis Dei una cum monachis apud condemnatum elaborabant et nostram quoque suauitatem sua praesentia impediebant. itaque nisi uesperi, cum illi abiuissent, aut summo mane, antequam uenirent, non licebat nobis frui colloquio nostro.

Die dominica mane, cum uiderent monachi nullo modo ad reuocationem **96** suae sententiae Iustum perpelli posse, subindicarunt esse aliquam spem ut gladio plecteretur. duo enim consiliarii uenerant ad Reginam, qui Iusti nomine hanc ab ea gratiam postularent, ut supplicium, quemadmodum ipse uo-
5 lebat, mitigaretur. audita petitione 'o praeclaram gratiam!', inquit Regina, 'concedatur sane, si quid tamen hoc ipsum iuuare poterit aut extremum supplicium erit quoquo modo gratia existimanda.'

Esse autem hoc ipsum plane impetratum minime tunc indicare monachi 2 uoluerunt. tantum leuem aliquam fecerunt spem quod impetrari posset, ut
10 eum faciliorem haberent ad suas ceremonias percipiendas. hortantur enim eum ad confessionem peccatorum ibique aiunt apud ipsum uelle missam celebrare et sacramentum corporis ac sanguinis Domini ei praebere, ut Christianorum ritu mortuus ab hominibus iudicaretur.

'Iudicia hominum' inquit Iustus 'non ualde moror. uni Deo cupio hanc 3
15 animam probari, cuius misericordia fretus tranquillus morior. iamdudum peccata mea sum apud Deum patrem confessus, qui et secreta cordis mei nouit et potest et uult mea mihi delicta omnia propter mediatorem filium

57 unquam alias **P** alias unquam **A** || 58 atque in tenebris **A** et in carcere **P** || 71 in **P** de *post corr.* **A**

1 supplicii mitigati spes ostentata *in marg.* **A** || 3 reginae uox mitis *in marg.* **A** || 14 monachi a Iusto refutati *in marg.* **A**

condonare. nunc etiam diserte confiteor me totum peccatorem esse atque ideo nihil aliud quam massam peccati multis maculis contaminatam, qui diuinam maiestatem saepe multumque offenderim. sed certe scio propter fi- 20 lium Dei, liberatorem nostrum Iesum Christum me habere placatum patrem, qui sua misericordia teget peccata mea, ut non amplius esse mihi impedimento queant ad salutem, et sua iusticia ornatum ac uestitum euehet propediem in uitam aeternam. quibus armis indutus ac munitus comparebo securus in iudicio Dei, cuius in conspectu paulo post me adfuturum spero. 25

4 Sacramentum uero ac foedus corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi iamdudum in animo meo per fidem susceptum, fixum atque inmotum habui, non sub specie panis et uini haustum, quemadmodum uos sumere et aliis praebere soletis, sed in tabulis cordis mei uiuis literis insculptum atque impressum. scio plane, quantum mihi conducat hoc sacrosanctum 30 admirandi et prorsus inscrutabilis diuini consilii foedus, quod in Nouo Testamento, in euangelio de filio Dei omnibus Christianis proponitur, etiam si uos panem aut uinum uestrum minime porrigatis, quamquam non ita contemno haec sacra symbola et quasi diuinos rerum maximarum typos, quin eos uelut certissima mirandi foederis testimonia et uoluntatis ac promissio- 35 num Dei pignora firmissima libenter uellem suscipere, si rite administrarentur.

5 Quare si uultis sub utraque specie panis et uini sacramentum corporis et sanguinis Domini nostri praebere, quemadmodum ab eodem seruatore nostro institutum accepimus, suscipiam equidem perlibenter. sin aliter, non 40 sum ualde sollicitus de externo symbolo, quando intra me habeam puram, integram atque animo meo confirmatam (Deo sit gratia) huius sacramenti uim atque efficaciam.'

6 Denique post multam contentionem promiserunt monachi se uelle sub utraque specie sacramentum administrare, atque ea lege ipse uoluit susci- 45 pere. utrum autem re uera panem et uinum consecratum praebuerunt an persuasione tantum, ego non possum affirmare nec aliud dicere quam quod ab ipso Iusto audiui.

97 Eodem die post prandium contigit quiddam, quod nobis omnibus causa fuit magni doloris. nam inter alios, qui tum ueniebant, ut Iustum ad suam fidem conuerterent, uenit quoque pastor eius templi, quod dicitur Capella, qui primus impulerat Procuratorem Generalem, ut Aegidium comprehenderet. et cum eum ibi in aedibus ambulantem uideret, qui tum forte gestabat in ulnis 5

18 uera confessionis exemplum *in marg.* **A** || 22 esse mihi **P** mihi esse **A** || 26 de sacramento Iusti sententia *in marg.* **A** || 38 sacramentum integrum uult accipere Iustus *in marg.* **A** || 41 habeam **P** habeo **A** || 48 audiui **P** accepi **A**

1 nouus dolor captiuis oblatus *in marg.* **A** || 5 eum ibi **P** ibi eum **A**

domesticum infantem, coepit eum me praesente uerbis acerbissime insectari. uocabat eum haereticum, qui multorum simplicitatem in ea urbe suis prauis opinionibus uiolasset. respondit modestissime Aegidius se neque haereticum esse nec cuiusquam simplicitatem uiolasse. tum ego mihi temperare non po-
10 tui, quin illum impurissimum nebulonem coarguerem, sed modestius quam impia illius uerba merebantur oraui, ne tantopere saeuiret in hominem captiuum, qui satis alioqui graui pondere malorum premeretur, etiam si non accederet illius acerba obiurgatio.

'Duram' inquit 'prouinciam tu susciperes, si hominem istum uelles defen- 2
15 dere, qui tanquam lupus hians sic meas ouiculas uenenatis dentibus momordit' (nam ea phrasi utebatur) 'ut nullis deinde remediis, nullis emplastris eas ego sanare potuerim. nam, si nescis, talis iste uir est, qui posset integram ecclesiam corrumpere, imo integram quoque ciuitatem euertere.' 'noui' inquam 'esse uirum modestum et bonum. aliud tu quidem iudicares, si illum,
20 ut ego, nosses. at ego curabo Deo uolente, ut non diu malus dici possit.'

Oraui ego ut blandius ageret neque tam impotenti odio se ferri sineret in 3 hominem uere honestum, qui neminem laederet, omnibus seruire, omnibus prodesse studeret. at surdo canebatur fabula. ex eo tempore coepit odiosius traducere ac deformare Aegidium apud Procuratorem Generalem, cuius ne-
25 cem modis omnibus sollicitabat. nec eius labores fuerunt irriti, ut paulo post dicam. nunc ad extremum actum Iusti nostri reuertor.

Eadem nocte, hoc est pridie quam plecteretur, ascendimus ad eum pene 4 omnes domestici, ut ultimum quasi uale ipsi diceremus. inuenimus hominem aliquantulum labefactatum, quodque uix quisquam credidisset, incredi-
30 bili siti oppressum. curauimus uinum adferri. bibit ualde parum. tantum de intensa siti querebatur. aiunt enim homines iamiam morituros intolerabili siti solere cruciari, fortassis quod urgente illa cogitatione mortis, ad quam prae nimio dolore accedit euacuatio spirituum, paulatim corpus contabescat et intensa illa tristicia exhalantis animi humore destituantur ac sensim ares-
35 cant interiora, et proinde potionem tanquam rigationem quamdam desiderent. quamquam ne ea quidem ipsa potio Iusti nostri sitim poterat extinguere.

Cum igitur omnes pene domesticos ibi congregatos uideret, ad nos conuer- 5

31–35 aiunt ... desiderent] *cf. Arist. Probl. 27, 2 (947 b 15)*

9 cuiusquam **P** ullius unquam **A** | mihi temperare **P** temperare mihi **A** || 14 pastoris aduersus Aegidium capitale odium *in marg.* **A** || 16–17 eas ego **A** ego eas **P** || 18 quoque ciuitatem **P** ciuitatem quoque **A** || 27 Iusti in extremo agone sitis unde orta *in marg.* **A** | sitis illius unde *in ras.* **A** || 34 exhalantis animi **P** exhalante omni *post corr.* **A** || 35 tanquam **P** uelut **A**

sus sic dixit: 'uidetis, Christiani fratres, iam instare horam mortis meae, quam etsi formido ut homo, qui adhuc peccati pondere in hoc mortali cor- 40 pore grauatur, tamen eam constanter ac hilari animo mihi subeundum proposui, ut Christianus, qui certissima spe confidit omnes maculas huius corporis peccati in crucem Domini nostri Iesu Christi suffixas esse, ac iam securus in misericordia Domini recumbit.

6 Par igitur est, ut memor tanti beneficii, quantum a filio Dei me accepisse 45 scio, qui sacri sui sanguinis pretio me a seruitute Diaboli et peccati redemit, aliquam ego gratiam pro tanta liberalitate uicissim reponam et huius corporis sacrificio aeternam Dei gloriam illustratam meoque sanguine coelestem doctrinam consignatam relinquam, praesertim cum ex ea re ingens ad me ipsum redundet lucrum. nam pro leui cruciatu corporis sempiterna corona glo- 50 riae mihi a coelesti patre proposita est in coelis, quam eo citius sum consequuturus, quo celerius huius corrupti corporis uinculis fuero liberatus.

7 Vos interim adhortor, Christiani fratres, ut ueram inter uos charitatem ametis, integritatem cordis, puritatem doctrinae Dei super omnia conseruetis, quin et animos quoque sensusque omnes uestros ad haec periculosa cer- 55 tamina praeparetis. nisi enim omnino me fallunt praesagia mentis, sunt fortasse aliqui inter uos, qui non ita multo post haec mea uestigia sequentur, qui etiam hos ipsos animi motus, haec certamina, has arcanas Dei probationes experientur.'

98 Dum haec dicit oculos in Aegidium intendens, subito illi magna uis lachrymarum oboritur, uox intercluditur, lingua impeditur, ut uerbum ulterius proferre non posset. ibi Aegidius noster quasi diuino quodam spiritu inflammatus in hanc uocem erupit: 'o sublimitatem mysteriorum Dei, quam admirabilia sunt secreta diuina! uidetis nunc, fratres, Iustum fratrem nostrum 5 iudicio mundi damnatum, abiectum et tanquam exsecrandum *κάθαρμα* ex hominum memoria tollendum. sed eundem sententia aeterni patris uerum Dei filium et gloriosum Christi martyrem agnoscere debetis, cuius nomen scriptum est in libro uitae. audiuistis omnes ex ore ipsius Christiani et plane heroici pectoris confessionem, illustre nimirum constantiae ac fortitudinis 10 argumentum, quod in hoc martyre suo Deus tanquam exemplar potius imitandum quam laudandum nobis proposuit.

2 Neque offendemini profecto uel mundi iudiciis uel hac tristi hominis specie, si sortem filii Dei, cuius nos uestigia sequimur, attente consideretis, de

39 Iustus amicos extremum affatur; Aegidii mortem praesagit *in marg.* **A** || 48 sacrificio **P** beneficio **A**

1 intendens **P** intendenti **A** *emendans eandem uerborum inconsequentiam quae apparet in 77.8* || 4 Aegidii oratio grauissima *in marg.* **A** || 14 consideretis **P** considerabitis **A**

15 quo scriptum est: "uidimus illum percussum a Deo et quidem pro peccatis nostris"; quo uno uerbo tristissimo longe atrociora tormenta comprehenduntur quam si mundus uniuersus atque infernus ipse omnes suae crudelitatis machinas in unum cumularent. "non est discipulus supra magistrum suum" inquit Seruator noster. "quod si uos mundus odio habuerit, scitote quod me 20 priorem uobis odio habuit."

3 Haec est profecto Christianorum conditio, quam, si unquam alias, hoc tempore maxime experiuntur qui Christum profitentur. quae unquam crudelitatis exempla inueniri potuerunt, quae in nos quotidie non aedantur? quis carcer non conscius nostrarum afflictionum? quot syluae consumptae in exu-25 rendis nostris corporibus, quot gladii cruentati, quot carnifices nostro sanguine polluti, quam multi impiorum iudicum animi nostro cruore respersi! quae regio tandem in terris nostri non plena doloris?

4 Sed illa est admiranda gloriatio nostra, quod in tantis tormentis, in tantis afflictionibus, in ipsa denique morte uictores sumus et tumultuantes animi 30 motus magno quodam impetu superamus, audita illa principis uoce: "noli timere, pusille grex: ego uici mundum." sciebat ille seruator noster fore perpusillum eorum gregem, qui salutarem doctrinam eius essent amplexuri, et tum illos ipsos pauculos et imbecilles consolatur Christus. uicit pro nobis mundum, uicit hostes nostros, peccatum, mortem et infernum superauit. "quae 35 igitur condemnatio nunc esse poterit iis, qui sunt in Christo Iesu liberatore nostro?"

5 Te uero fortunatum putamus, Iuste frater, quem tanta animi magnitudine diuinitus confirmatum uidemus, ut quicquid est in hac uita calamitosa mortalium pro reiectamentis habendum putaueris, ut puram atque illibatam con-40 seruares doctrinae Dei professionem. o foelicem animam, quae in huius corporis domicilio nunc habitat et pretiosissimis Christi sponsi monilibus ornata in conspectu Dei omnibus terrenis inquinamentis libera et repurgata die crastino comparebit, ut iure profecto istis carnificibus irascamur, qui hanc noctem foelicitatis tibi intercipiunt! perge igitur, Christiane frater, ea 45 qua coepisti constantia salutaris doctrinae professionem usque ad ultimum spiritum confiteri.'

6 Deinde ad nos conuersus 'uos' inquit 'maiorem in modum oro, fratres, ut flexis genibus mecum hanc animam Iusti fratris nostri Deo conmendetis:

15-16 uidimus … nostris] *cf. Isai. 53,4–5* || **18** non est … suum] *Matth. 10,24* || **19-20** quod si … habuit] *Ioan. 15,18* || **30-31** noli … grex] *Luc. 12,32* | ego uici mundum] *Ioan. 16,33* || **34-36** quae … nostro] *Rom. 8,1* || **41-42** sponsi … ornata] *cf. Isai. 61,10*

21 consolatio cruci et mundi furoribus opponenda *in marg.* **A** || **29** sumus **A** simus **P** || **32** tum **P** tamen **A** || **37** infelicitas *in marg.* **A** || **47** preces pro Iusto *in marg.* **A**

"aeterne et uiue Deus, pater liberatoris nostri Iesu Christi, qui corda nostra intueris, actiones gubernas ac preces tuorum exaudis: en adsumus coram te 50 in nomine tuo congregati et fiducia mediatoris nostri Iesu Christi certe confidimus te uelle preces nostras exaudire et quicquid abs te petiuerimus concedere. oramus igitur nunc ut animam huius serui tui Iusti usque ad extremum halitum confirmes ac tandem, cum postrema illa uenerit hora, in qua sui corporis sacrificio tuam gloriam debet illustrare, puram atque inmaculatam in 55 gaudium sempiternum recipias."'

99 Ibi omnibus nobis lachrymis suffusi sunt oculi ac flexis genibus animam sancti hominis Deo conmendauimus. haec et alia multa diuinitus dicta ingenti quodam spiritu Aegidius noster pronunciabat, quorum ne umbram quidem oratione me assequi posse confiteor. quare optarim equidem, ut, quemadmodum, cum dialogos Platonis mirabiliter scriptos legimus, in quibus fere 5 omnibus Socrates exprimitur, et quamquam illa scripta sunt ab eo praeclare, tamen maius quiddam atque excellentius de Socrate suspicamur, sic etiam de Aegidio nostro, quem fuisse uirum Dei omnium bonorum confessione constat, longe mirabiliora et illustriora cogitemus quam ego inculta et languenti oratione possum adumbrare. 10

2 Tum Iustus 'sentio' inquit 'magnam spiritus sancti lucem, quae meum animum inexplicabili quodam gaudio perfundit, "nec aliud sane desidero quam dissolui iam et esse cum Christo".' paulo post, cum maiorem apud eum partem noctis traduxissemus, quoniam diutius expectare grauabantur hospites, consolationem spiritus sancti precati Iusto in consuetas habitationes nos re- 15 cepimus.

3 Postridie summo mane uenerunt satellites publici, uenerunt carnifices, uenit Drosardus ipse, qui flexis genibus a Iusto ueniam condemnationis postulauit. 'ego uero' inquit Iustus 'libenter tibi condono, quicquid in me peccasti, ac Deum precor, ne hoc tibi crimen uelit imputare. de reliquo tu uide- 20 bis quo modo in iudicio Dei hoc tuum factum poteris approbare.' postea quam igitur omnia fuerunt ad supplicium parata, in forum adduxerunt Iustum nostrum, ubi dicto citius fuit illi caput amputatum.

4 Reliquit nos omnes tristes ac maerentes, nec in tota domu quisquam fuit, qui a lachrymis potuerit temperare. mulierculae, quae ibi aderant, eandem 25 prorsus imaginem se habere in conspectu arbitrabantur, quam saepe in templis depictam uiderunt, cum ab impiis Iudaeis ad supplicium duceretur Chri-

12–13 nec aliud ... Christo] *Philipp. 1, 23*

4 Aegidii pietas pro dignitate celebrari nequit *in marg.* **A** || 9 cogitemus **A** cogitaremus **P** || 11 Iustus efficaciam Spiritus S. sentit *in marg.* **A** || 17 martyrium Iusti *in marg.* **A** || 22 adduxerunt **P** eduxerunt **A** || 24 domu **P** domo **A**

stus. Aegidius uero noster, quem in uita amauit amicum, ne in morte quidem ipsa uolebat deserere. ferebatur ingenti affectu eumque modis omnibus
30 ad supplicium uolebat comitari atque ibi una cum eo mori. quod sane fecisset, nisi hospes eum in priuato quodam loco tantisper clausum detinuisset, donec peractum esset Iusti supplicium.

100 Interea uero minime quieuerunt aduersarii nec irriti fuerunt impiorum labores. nam pastor ille Capellae, quem uerius lupum impurissimum dicas, cum suis asseclis, organis Satanae, non destiterunt Procuratorem Generalem urgere, donec Aegidii quoque causam cognoscendam ac finiendam aggrede-
5 retur. itaque sequenti hebdomada post mortem Iusti praesto adsunt publici satellites, qui Aegidium ad iudicium deducant.

2 Cum primum coram iudicibus stetit Procurator Generalis, qui erat accusator, 'ego' inquit 'uitam et fortunas tuas abs te postulo, quia deliquisti contra leges Imperatoris.' tum Aegidius: 'habetis utrumque coram: integrum est
10 uobis de utroque facere quod uultis et quod in animis uestris iudicabitis esse magis utile ac necessarium.' 'tu es haereticus ac proinde reus mortis.' 'absit', inquit Aegidius, 'ut ego sim haereticus! Christianus equidem sum nec aliam religionem agnosco aut uellem profiteri.'

3 Tum proferentes eius confessionem uniuersam eo audiente praelegerunt.
15 audiuit ille patienter omnia. deinde postulant ab eo ut simpliciter tanquam impium recantet quicquid in ea continetur. 'nihil' inquit ille 'audio praeter honestas sententias, neque aequum aut pium iudico eas improbare. quod si ego maxime facere uellem, minime uos deberetis permittere. caeterum si quid est in tota mea confessione, quod a ueritate alienum quoquo modo ui-
20 deri possit, quaeso uos, ut ea qua Christianos homines decet charitate in cognitionem errati mei iustis rationibus deducatis. sentietis me ad omnem sanam doctrinam percipiendam et attentum et docilem. nam et ego homo sum, qui errare possum, nec aliud quicquam est quod magis desiderem quam in doctrina religionis ueras et firmas sententias discere et eas ex oraculis Dei
25 probe cognitas constanter approbare.'

4 Tunc eum de multis rebus interrogauerunt, ad quas omnes ille magna quadam grauitate et singulari modestia respondit, et sic respondit, ut nec a uero ipse deflecteret nec animos iudicum alioqui parum integros praeter modum exasperaret. tanta enim suauitate naturae praeditus erat, ut neminem un-
30 quam laeserit, ab omnibus bonis tanquam uerus frater amaretur, ab ipsis quoque aduersariis in hac parte laudaretur.

5 Vbi ad multas atque importunas illorum interrogationes Aegidius respon-

1 Aegidius ad iudicium ductus intrepide respondet *in marg.* **A** || 5 praesto *om.* **A** || 15 palinodiam denegat *in marg.* **A** || 19 tota mea confessione **A** ea tota **P** || 26 ad quaesita moderate respondet *in marg.* **A**

disset neque quicquam in omnibus eius dictis aut factis improbandum, imo nihil non laudandum atque admirandum inuenire possent, uicti propriae conscientiae testimonio infecta re eum in carcerem reduci curauerunt. 35

6 In magnam spem uenimus omnes, audito eo quod gestum erat, fore ut Aegidii causa multo sane breuius et foelicius absolueretur quam quisquam nostrum paulo ante ausus fuisset sperare. sed pergunt organa Satanae suo more laedere quantum possunt: implorant deorum auxilium aduersus hominem haereticum, cohortantur iudices, ut nulla interposita mora eum de medio tol- 40 lant: nam si populus donatum libertate uideret, quem propter haereses captiuum teneri sciebat, non solum eius nomen, alioqui apud omnes gratiosum, redderetur illustrius, sed etiam tanquam diuus quispiam inter homines celebraretur.

7 Quo facto quid aliud quam se ipsos condemnabant, qui longo tempore ho- 45 minem innoxium captiuum tenuissent, quem nunc maiore auctum dignitate cogerentur dimittere, et quod grauius est, totam ciuitatem in praedam unius priuati hominis tradebant? uehementer igitur ad ipsorum dignitatem, ad utilitatem reipublicae pertinere ualde serio in eum hominem haereticum animaduertere, qui ne uerbum quidem unum suae sententiae uolebat recantare 50 et, si liber dimitteretur, sceptrum ipsis e manibus posset eripere.

101 Permoti ergo iudices istis Satanae praestigiis iterum Aegidium in iudicium accersiuerunt. rogant utrum uellet reuocare non paucas haereses, quae in ea, quam agnoscebat, suae fidei confessione continerentur, pro quibus iuxta leges Imperatorias et capite et fortunis deberet priuari. ille uero eadem qua prius constantia et grauitate iterum respondit: 'dixi nuper utrumque hic 5 adesse coram uobis, esse in potestate uestra positum. utrumque igitur accipite ac de utroque id facite quod magis in salutem reipublicae futurum iudicabitis'.

2 Rogant praeterea num uellet habere aduocatum et procuratorem, qui eius causam in iudicio defenderent iuxta receptam ibi aulicam consuetudinem. 10 respondet se nullum alium aduocatum aut procuratorem admittere uelle praeter eum quem iam haberet in coelis, filium Dei, inspectorem cordium, qui eius causam apud patrem coelestem, omnium principum iudicem, optime ac fidelissime esset defensurus: quod uero ad praesentem causam pertineret, quae in ipsorum arbitrio posita erat, singulorum tantummodo con- 15 scientiae appellare; inspiceret unusquisque in animo suo iuxta rectum iudicium mentis, quod in hac causa faciendum iudicaret, quod ipsis totique reipublicae esset utilius et quod ratio tandem ipsa et eorum conscientiae dictarent, illud constituerent sine alia aduocati aut procuratoris defensione.

38 aduersariorum machinationes *in marg.* **A** || **43** homines **P** alios homines **A**
1 iudicium de integro constitutum *in marg.* **A** || **9** aduocatum Aegidius quem habeat *in marg.* **A** || **14** pertineret **A** attineret **P**

20 'Caeterum ne erretis' inquit 'falsa imaginatione, id ego in conspectu uestro 3
non dubito pronunciare, quod uos ipsi tandem re ipsa experiemini, nihil in
tota ista causa a uobis constitui posse, qualisqualis erit exitus negotii, quin
idem sit omnibus uobis magnum dedecus et contumeliam allaturum. nam si
ultimum de me supplicium sumere decreueritis, Christianum atque inno-
25 xium hominem sustulisse uidebimini. quae res quantum apud populum de-
decus, quantam inuidiam, quantam item apud Deum uobis allatura sit con-
demnationem, uos ipsi cum animis uestris reputate. sin autem liberum
dimiseritis, rursus diligenter expendite, quantam turpitudinis notam nomini
uestro inuratis, quod hominem inculpatum, qui de republica bene mereri
30 studuit, tam longum tempus sine ulla certa causa captiuum tenuistis.' cum 4
hoc dixisset, tanquam si blasphemias aliquas ab eo pronunciari audiuissent,
in carcerem reduci iusserunt.

Post meridiem denunciat Procurator Generalis per suos satellites custodi **102**
carceris, ut Aegidium in aliquem locum priuatum secluderet, ne quis cum eo
colloqui posset. paulo post sequuntur quatuor monachi, quorum duo erant
Dominicani, duo Franciscani, qui a iudicibus mittebantur, ut Aegidium exa-
5 minarent. admittuntur soli ad solum, apud quem manserunt usque ad uespe-
rum. quidnam apud eum fecerint toto hoc tempore, idem Aegidius nobis
postea narrauit.

Principio dicunt se a Procuratore Generali ad eum esse missos, ut eius 2
conscientiam explorarent; quare ipsum orabant, ne grauatim cum eis uellet
10 conferre suamque fidem et secreta cordis secure apud eos deponere, qui in
hoc tantum ad ipsum uenerant, ut eum consolarentur et in catholicae uerita-
tis sententia confirmarent.

Respondit Aegidius esse quidem ipsi non ingratum illorum officium, prae- 3
sertim si animo integro et minime calumniandi cupido honestus ille ab ipsis
15 susciperetur labor: caeterum se quidem esse animo confirmatissimo eamque
doctrinae suauitatem ex promissionibus diuinis didicisse, cuius usum maxi-
mum in illis conscientiae terroribus experiretur, ut nulla ipsorum neque con-
solatione neque doctrina opus haberet; proinde amanter atque officiose
orare, ut utrorumque labori parcerent, in suum coenobium redirent, frueren-
20 tur ocio suo, permitterent ipsi quoque suam quietem et tranquillitatem; nam
quod ad iudicia hominum pertineret, dixisse iam satis aperte iudicibus suam
sententiam, iuxta quam de eo constituere possent quod ipsis consultissimum
uideretur; se quidem paratum esse ut in hoc iudicio libenter illis obtempera-
ret.

20 dedecus aduersariis iudicibus denuntiat *in marg.* **A** || 25 uidebimini **A** uidemini **P** || 26 allatura sit **A** adferet **P** || 29 inuratis **A** inussistis **P** || 31 hoc **P** haec **A** || 32 in carcerem reductus a monachis examinatur, quorum consolatione non indiget *in marg.* **A**

3 colloqui **A** loqui **P**

4 Monachi ne audita quidem satis clare Aegidii sententia recedere uoluerunt, sed magis importune urgent uanissimis quaestiunculis, ut credas in hoc tantum instructos, ut quietas et tranquillas Christianorum mentes perturbent atque horribilem carnificinam conscientiarum exerceant. cum igitur uideret Aegidius nullis uerbis neque rationibus ab eis impetrari posse ut recederent, 'quaeso', inquit, 'quandoquidem uobis ita stat sententia, legite horas uestras aut facite inter uos quicquid erit gratum. ego uicissim hic sedebo quietus nec ero cuiquam uestrum impedimento. tantum uos oro, ne mihi ullam molestiam exhibeatis.' 25 30

5 At non proinde uolunt interquiescere monachi, imo etiam quo aegrius se facere Aegidio sciunt, hoc intempestiuius atque impudentius urgent pium hominem insanis suis disputationibus. tum ille: 'quando nulla humanitate mea deliniri potestis neque ulla ratione quietem a uobis impetrare possum, permittam equidem uos facere quod uultis. clamate sane, si ita uidetur, usque ad raucedinem, ego ne uerbum quidem unum uobis respondebo.' 35

103 Factum est ita. monachi incipiunt interrogare de multis quaestionibus, clamare, conuiciari, impingere crimen haereseos. Aegidius tacitus ad omnia sedebat. misere urebantur monachi, quia nullum responsum accipiebant, et tamen illi nunquam faciebant uociferandi finem. tandem cum iam instarent tenebrae, relabuntur ad quaestionem de coena Domini. 5

2 'Audiuimus' inquiunt 'te non recte sentire de sacramento eucharistiae. quare te hortamur, ut in hac parte sententiam ecclesiae catholicae amplectaris. itaque si Christianus uideri uis, indubitata fide tibi credendum est uerum Christi corpus praesens adesse in sacramento, et quidem tale ac tantum quantum pendebat in cruce, eandem carnem, eadem ossa, nisi quod uiuum etiam Christi corpus (expauesco referens) hominibus deglutiendum a sacerdote porrigatur.' 10

3 Rationem addeba⟨n⟩t, quia in corpore ipso simul sanguis continetur, etiam si seorsum in calice laicis hominibus non praebeatur, et hoc genus alia portenta horribiliora, quae sine ingenti animi dolore pia mens cogitare non potest. 15

4 Ibi Aegidius, quoniam uidebat grauiter laedi gloriam Dei, uiolari puritatem admirandi sacramenti, abstinere non potuit, quin illis in hanc sententiam responderet: 'miror' inquit 'uos tam intemperanter et uerbis et tempore abuti tamque irreuerenter de rebus maximis sentire et loqui. quae haec est effrenata intemperies uestra? an uultis Deum sub elementa mundi inuitum 20

25 monachi, conscientiarum carnifices, importunitate sua Aegidium satagunt obtundere *in marg.* **A** | uoluerunt **P** noluerunt **A** || 30 uobis ita **P** ita uobis **A**

5 de coena **A** coenae **P** || 10 ossa **A** esse **P** 'tout de mesme' **H** || 15 horribiliora **A** horribilia **P** | dolore **P** horrore **A** || 17 is de sacramento suam sententiam aperit *in marg.* **A**

retrahere? an uultis aeternam illam naturam Dei atque inmensam potentiam, quae solo suo uerbo cognosci potest, in speciem ullius creaturae corruptibilis quasi ligatam atque inclusam retinere? an ignoratis Deum esse inuisibilem, 25 qui neque oculis corporeis cerni potest neque manibus attrectari, multo minus dentibus atteri, quod neque uos sine maxima Dei contumelia protulistis neque ego sine grauissimo animi horrore possum cogitare?'

Dum haec ultro citroque agitantur, inualuit caligo noctis, et quoniam 5 erant densae tenebrae et satis magnam accusationem se habere putarunt mo-30 nachi, pro die recesserunt.

Postea Aegidius ad nos descendit, qui praesentibus multis ea quae gesta 6 erant ordine, ut dixi, recitauit. audiui ego attente omnia et monachorum malitiam simul et Aegidii simplicitatem diligenter consideraui. tum dixi Aegidio coram omnibus qui aderant: 'uideo, mi Aegidi, destinata malicia mona-35 chos hanc tibi quaestionem proposuisse, qua nulla hoc tempore uel tenerior uel inuidiosior. quare uoluissem equidem maxime aliquanto circumspectius te monachis loquutum esse, qui in hoc tantum armati sunt, ut aliquod uerbulum in calumniam possint torquere. quantum enim ex te audio, nihil certi tu illis respondisti, quaedam etiam praeter rem, quod in primis apud eius-40 modi homines est uitandum. nunc autem, quaeso te, mi frater, ut candide et simpliciter, omnia ut soles, tuam de hac tanta re nobis indices sententiam, quod sine fructu aliquo et tuo et nostro fortasse non fiet et tuto facere te posse arbitror. nam qui adsunt, nisi fallor, omnes sunt fratres.' respondit Aegidius: 'nescio.' cum uiderem aliquem inter eos illi esse suspectum, tacui ac 45 sermonem ad rem aliam conuerti.

Postea uero nactus opportunitatem loci et temporis, dum alii omnes dome- **104** stici ludebant, Aegidium ad me seorsum uocaui. dixi ei: 'quoniam uidi te de aliquorum fide dubitare, nolui ulterius persequi institutam paulo ante disputationem. proinde huc te foras euocaui, ut clare de hac tota re tuam senten-5 tiam audirem, et quidem non aliam ob causam, nisi ut ego abs te discerem, si quid melius haberes, quod ad aedificationem animae, non ad contentionem uerborum pertineret, uel ego tibi conmunicarem quod didicissem, si quid tamen longa et accurata huius quaestionis inquisitione beneficio Dei essem consequutus, quod tibi usui fore putarem. etenim hoc genus officio-10 rum et Deo gratissimum est et hoc tempore nobis pernecessarium.'

Respondit ille quidem satis candide quicquid in animo habebat, idem pro- 2 pemodum quod monachis dixerat. tum ego: 'aperiam' inquam 'tibi meam de hac re sententiam, Aegidi, qua uti poteris, si eam utiliorem tua iudicabis.

25 corporeis **A** corporis **P** || 31 controuersia de sacramento maliciose Aegidio proposita *in marg.* **A** || 41 omnia ut soles **P** ut soles omnia **A**

1 autoris cum Aegidio de sacramento dialogismo⟨s⟩ [disertatio *ante corr.*] *in marg.* **A**

primo igitur uellem te cum istis monachis, qui ad te ueniunt, circumspectissime agere. nam, ut antea dixi, hoc sibi potissimum efficiendum proposuerunt, ut honestas sententias calumnientur. illa ergo prima cautio erit, ut paucissimis uerbis apud eos utaris. si uno uerbo candide, recte, apposite respondere poteris, noli proferre duo. deinde nihil dicendum nisi quod maxime ad rem ipsam pertinebit, neque me authore ad alias peregrinas quaestiones extra rem praesentem euagaberis. quid enim hodie necessum erat de essentia Dei apud impios monachos disserere? etsi enim uerissima sunt quae dixisti omnia, tamen quia minime ad propositam quaestionem pertinebant, satius esset ea uerba non esse prolata. neque enim illi abs te rogabant quidnam esset Deus. tantum illa erat quaestio, utrum Christus adesset suo sacramento. ad hanc quaestionem uno uerbo respondere potuisses: est aut non est.

Rursus ne hoc quidem uerbum prius illi abs te extorquere debuissent quam certissimam tu de hac quaestione sententiam in animo tuo concepisses. etenim nullo modo uel unum uerbum in re tanta contra mentem est ab homine Christiano proferendum, sed rursus in hoc potissimum elaborandum, ut mens ipsa et intellectus nihil aliud quam quod rectissimum ac uerissimum est concipiat.'

'Agnosco' inquit 'uerum omnino esse quod dicis teque maiorem in modum oro ut, quid in hac re sentiendum, quid ad propositam mihi quaestionem sit respondendum, uelis indicare.'

105 'Magnum profecto atque arduum opus a me postulas, Aegidi charissime, quod alii multo melius possent praestare. sed tamen ne tu hac etiam in parte meam operam desideres neque in hac miseria nostra qualicumque consolatione destituamur, dicam equidem paucis uerbis quod sentio quodque te facere oportere arbitror, atque ita dicam, ut reiectis multorum hominum erroribus, qui in utramque partem peccare mihi uidentur, atque aliis pene innumeris ac difficillimis quaestionibus, quae nostram hanc aetatem grauissime exercuerunt, ea tantum sumam, quae ad aedificationem nostram putabo pertinere.

Ego uero de hoc admirando sacramento sic statuo, tantam esse huius mysterii excellentiam tantumque omnium hominum sensus et iudicia superare, ut, si quis fretus humani ingenii sagacitate hanc totam quaestionem radicitus uelit eruere, quae miraculorum plena est, nihilo plus agat quam si lunam uelit digito contingere. etsi enim multo plura et subtiliora cogitando assequitur animus quam ullis uerbis dicendo exprimere lingua potest, tamen ea est

14 cum monachis circumspecte agendum *in marg.* **A** || 33 Aegidius erudiri se petit *in marg.* **A**

6 peccare mihi **P** mihi peccare **A** || 10 autoris de sacramento sententia, maxime de usu illius *in marg.* **A**

huius sacramenti magnitudo, ut in tam ardua consideratione ille quoque uincatur.

Sequamur igitur id quod proximum est et nobis captiuis "sufficiat sapere ad sobrietatem". usum tanti sacramenti diligenter consideremus et quanta ex eo ad nos utilitas redundet serio expendamus. cogitemus tantam fuisse Dei misericordiam, ut filium suum hostiam pro peccatis nostris tradere uoluerit, tantam item filii Dei erga genus humanum charitatem, "ut, qui peccatum non fecit, pro nobis factus sit peccatum, ut nos faceret iustitiam Dei per ipsum". 3 20

Cogita ergo, mi frater, sic corpus Christi pro te semel traditum, sic eius sanguinem pro te fusum, ut indubitata fide credas et tuum nunc esse ac perpetuo etiam futurum. huius sacrosancti foederis symbolum et quasi certissimum atque indubitatum pignus in sacramento corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi nobis conmunicatur. hanc tantam diuinae largitatis beneficentiam serio agnoscamus et quibus par est laudibus celebremus. quare, si iterum ad te uenturi sunt monachi, ut certe sunt, quaeso noli multum uerborum in hac responsione ponere, praesertim cum uno uerbo ad praecipuam illorum quaestionem possis satisfacere. 25 4 30

Interrogatus igitur, utrum Christus adsit suo sacramento, mea quidem sententia clara uoce respondebis adesse. quid enim, obsecro te, sacramentum erit sine Christo? certe nihil aliud quam inanis uerborum tinnitus atque elementum corruptibile. quod si ad aliam quaestionem relabantur ac de modo praesentiae disputent et quantitatem aut qualitatem corporis Christi inquirant, responde simpliciter et modeste quod res est: "qua fronte uos, tanti uiri, theologi, qui magni doctores haberi uultis, a me homine simplici atque illiterato postulatis, quod nemo uestrum posset discernere neque satis scio an quisquam sit qui eam quaestionem uere queat definire?"' 5 35 40

Fuit tam confirmatus istis uerbis Aegidius, ut plane in animo suo constitueret eodem modo uelle se monachis respondere. 'quandoquidem' inquam 'habes in grauissima quaestione certam et minime inuidiosam sententiam, me autore haec ipsa uerba coram omnibus, qui intus adsunt, conferemus, ut suspicionem auferas, si quam paulo ante conceperunt, interrupti sermonis et rursus eosdem ipsos habeas huius tuae integritatis quasi testes ac defensores, ut monachorum calumnias, si quae exorientur, possint retundere. nam si ego bene istorum monachorum atque aliorum aduersariorum mores et ingenium 6 45 50

18-19 sufficiat sapere ad sobrietatem] *Rom. 12, 3* || 22-24 ut, qui … per ipsum] *2 Cor. 5, 21*

27 'hoc est corpus meum' inquit ueritas; Christus sacramento adest; modus praesentiae non quaerendus *in marg.* **A** || 44 confessionem autor repeti suadet *in marg.* **A** || 48 tuae **A** totae **P**

noui, non paucas neque leues deprauationes tuarum sententiarum spargent in uulgus, ut causa tua, alioqui iustissima, apud imperitos reddatur odiosior.' factum est ita, ut dixi. omnes tum qui aderant Aegidii sententiam laudauerunt.

106 Postridie summo mane reuertuntur monachi, incipiunt denuo disputationem de coena Domini. respondet Aegidius id quod erat inter nos constitutum. non plane improbant monachi responsionem ac fatentur in ea re aliquo modo Aegidium haberi posse catholicum. nec parum foeliciter nobiscum factum putauimus, quod saltem eo die ante prandium de re graui et pericu- 5 losa potuit inter ipsos, si non conuenire, certe non ita multum dissentire; quamquam profecto, si quis in hoc elaborat, ut ueram de religione sententiam delyris monachis possit approbare aut aeternae ueritatis doctrinam sensibus impiorum monachorum studeat accommodare, mea quidem sententia non magis proficiat quam si uere det operam ut cum ratione insaniat. 10

2 Post prandium disputatur de meritis bonorum operum. nec illa est quaestio sintne bona opera sanctorum grata Deo, sintne aliqua praemia ipsis a Deo proposita aut huius uitae aut aeternae, sed hoc quaeritur, utrum meritis bonorum operum remissionem peccatorum ac uitam aeternam homines consequantur. hic diserte negat Aegidius ullum se praeter Christi meritum 15 agnoscere. haec sententia monachis haeretica uisa est, nec ullis uerbis aut ullis rationibus in hoc articulo potuerunt consentire.

3 Nunc audi proditionem ac maliciam pessimorum monachorum: quoties ab Aegidio recedebant, recta ad Procuratorem Generalem et alios Aegidii hostes contendebant. ibi causam sancti uiri deformabant, omnes eius honestis- 20 simas sententias suis mendaciis ac imposturis deprauabant. primo die sparserunt rumorem in uulgus Aegidium esse obsessum, sed spiritu muto, qui eum loqui non sineret, quia ipsis noluit respondere. secundo die euulgarunt habere spiritum blasphemiarum, quia ipsorum contumeliosis in Deum aeternum rationibus neque potuit neque debuit assentiri. quis, obsecro, istis por- 25 tentosis belluis posset satisfacere? si non respondes, obsessus es; si respondes, multo magis:

'quo teneam uultus mutantem Protea nodo?'

4 Tertio die ueniunt ad nouam disputationem de purgatorio. rogant utrum credat esse post hanc uitam ignem purgatorium, in quo purgentur animae 30 Christianorum, priusquam in Dei gloriam admittantur.

29 quo ... nodo] *Hor. Epist. 1, 1, 90*

1 monachi Aegidii confessionem non improbant *in marg.* **A** || 12 de meritis bonorum operum disputatio; status caussae *in marg.* **A** || 18 consentire **P** conuenire **A** || 19 monachorum scelerata malicia *in marg.* **A** || 30 disputatio de purgatorio *in marg.* **A**

Ad hoc respondit Aegidius: 'siue sit purgatorius ignis siue non sit, uos uideritis. ego uero, quod ad me attinet, primum nego in sacris literis uel nomen hoc esse notum uel ullam de hoc purgatorio mentionem fieri. deinde af-35 firmo mea omnia peccata esse in sanguine Christi repurgata, atque ita meum animum sola Dei misericordia esse confirmatum, ut plane credam ea fretus me sine ullo igne purgatorio in coelum posse peruenire.' haec responsio non satisfaciebat monachis, qui uolebant sibi manifeste affirmari aut negari esse aut non esse purgatorium. 5

40 Aegidius uero nihil aliud respondere poterat quam hoc: 'si uultis uobis esse post hanc uitam purgatorium ignem animarum, nihil impedio, sit sane uobis, aut si parum ille ignis calidus uidetur, sit etiam uel infernus ipse. mihi uero, qui meam infirmitatem agnosco, qui propter mediatorem Christum omnia crimina mihi esse condonata confido, qui de me ipso desperans in 45 sola Dei misericordia acquiesco, neutrum erit. sed quid attinet inutiles istas quaestiones, quae impietate quoque non carent, ociosis animis disputare? quare denuo uos impense oro, id quod a principio peramanter oraui: ite in coenobium uestrum, ibi quiescite, parcite laboribus uestris, parcite meis afflictionibus. nam hic labor uester nullam uobis utilitatem pariet et uestra 50 praesentia et quaestiones multis profecto de causis ingentem mihi adferunt animi dolorem. sinite Procuratorem Generalem et reliquos iudices id facere in hac mea causa, quod ipsorum conscientiae maxime utile ac necessarium fore reipublicae iudicabunt. utcumque autem ipsi rem constituent, ut ego coram eis dixi, non admodum sane gloriosum triumphum ex ista causa reporta-55 bunt nec eam unquam sine magno suo dedecore potuerunt absoluere. nam si me interficient, hominem sane Christianum trucidarint, cuius sanguis in iudicio Dei aduersus illos clamabit et ab aeterno iudice ab illorum manibus reposcetur. si uero liberum dimiserint, ne sic quidem apud omnes sanos magna reprehensione carebunt, qui hominem innocentem sine iusta ratione 60 tam diu captiuum tenuerunt. uos autem magnopere oro, ut eatis uel in coenobium uestrum uel quocumque alio uisum erit neque tranquillitatem animi mei diutius perturbetis. nam siue maneatis siue reuertamini, nullum amplius uerbum uobis respondebo.' 6 7

Haec ita, ut narro, gesta sunt. ac multi sunt hodie ciues Bruxellenses, qui-65 bus haec omnia notissima sunt et eadem mecum testabuntur, qui ad nos quotidie ueniebant in hoc tantum, ut ea quae monachi facerent quaeque in urbe dicerentur nobis nunciarent et quid in carcere fieret ipsi quoque uiderent. tandem post multas obtestationes abierunt monachi, non in coeno- 8

33 ad hoc ... uideritis *om.* **A** || 34 autoris sententia *in ras.* **A** || 41 Aegidii responsio *in marg.* **A** || 55 iudicum infamia ex caussa Aegidii *in marg.* **A** || 64 de ueritate narrationis asseueratio *in marg.* **A** || 67 quid **A** quod **P**

bium, sed ad Procuratorem Generalem. persuadent nullam esse spem, ut Aegidius conuertatur, qui tantum abest ut ipsorum rationibus uellet assentiri, 70 ut ne responso quidem eos dignaretur.

107 Circa haec tempora incredibile dictu est quanta pietate Aegidius noster ardebat, quomodo se ipsum quotidie superabat et non secus, quam si praesagio mentis ea, quae futura erant, coram oculos praesentia uideret, se ad foeliciter hinc emigrandum praeparabat. erat in inuocatione Dei perpetuus, in qua sic interdum rapiebatur, ut, qui eum uidisset orantem, uere credidisset eius ani- 5 mam corporis uinculis solutam ac liberatam in coelum euolasse et frigidum atque inanime cadauer in terris esse relictum.

2 Contigit nobis non semel ut Aegidium quaereremus et, cum hospes eum alta uoce uocaret, neque respondebat ipse neque domesticorum quisquam ubi esset Aegidius poterat indicare. nemo suspicabatur extra carcerem eum 10 abiisse, cuius erat fides tanta, ut, si ianuae carceris ipsi patuissent (quod non raro compertum erat), minime tamen uel pedem porta efferre uoluisset, ne hospites nostri, quibus sciebat sui custodiam esse conmissam, in aliquod magnum discrimen ipsius causa uocarentur. tandem cum in domo inferiore inueniri non posset, ascendimus hospes et ego superiores habitationes ibique 15 in alicuius cubiculi angulo flexis genibus orantem sublatis in coelum oculis atque eius faciem lachrymis conspersam inueniebamus.

3 Quod autem magis mirum uideri possit, tam ardenter in precatione rapiebatur, ut, cum in eius conspectu staremus eumque clara uoce uocaremus, non prius nos uel audire uel uidere poterat quam manu a nobis comprehen- 20 sus ex diuina illa et profunda contemplatione excitaretur. ibi tanquam expergefactus e somno respondebat: 'quid uultis, fratres?' 'nihil, Aegidi, nisi ut uenias ad coenam.' tum ille ualde hilari uultu descendebat atque omnibus ministrabat.

4 Tanta enim moderatione ac temperantia in tota uictus ratione utebatur 25 ipse, ut, quandiu in carcere uixit, nunquam uisus fuerit mensae assidere. tantum ex eo, quod ab aliis relictum erat, parum admodum sumebat. bibebat autem multo temperantius. saepe eum urgebam, ut modico uino uteretur, quod nunquam, nisi semel aut iterum, ab eo potui impetrare. neque id ulla superstitione ipse omittebat, sed quia iudicabat non esse necessarium neque 30 pium nimium delicate alere corpus, praesertim cum et ipse integra ualetudine frueretur et alios multos pauperes uideret, qui magna penuria laborarent neque uel panis tantum haberent, quantum ad uitam tuendam posset sufficere.

1 Aegidius ad felicem migrationem se praeparat, ardenter orat, carcere patente abire non uult, precibus instat, mensae ministrat, temperatissime uiuit *in marg.* **A** ‖ **20** poterat **P** posset *post corr.* **A** *inconsequentiam concinnans* ‖ **28** uino **A** cibo **P**

35 At uero, dum Aegidius noster eiusmodi sanctis operibus domi exercetur, 5
Procurator Generalis cum suis, quomodo uirum Dei perderent, foris machinantur. id autem ut aliquo uerisimili praetextu fieret, nouam atque impiam fraudem excogitauerunt. etenim quoniam Aegidius non affirmauerat esse purgatorium, aiunt iuxta leges eum tormentis subiici oportere, ut certa de
40 hac re sententia ab eo extorqueatur. sed tantum erat iste inanis praetextus, ut minore inuidia populi Aegidium de medio tollerent, cuius nomen sciebant esse apud omnes bonos ualde gratiosum.

Die igitur uigesimo secundo mensis Ianuarii summo mane, cum nondum **108**
hora quinta esset audita, mittunt satellites in carcerem nostrum, qui Aegidium ante lucem (nam populum uerebantur) in alium ciuitatis carcerem traducerent, ut ibi torqueretur. nam in eo loco, ubi nos eramus, nulli erant tor-
5 mentorum apparatus neque ibi quisquam solitus erat torqueri. ubi illi fuerunt apud nos intromissi sciretque Aegidius quid postularent, ualde hilari uultu eos excepit. et cum interea illi expectarent, donec hospes noster, qui cum eis ire uolebat, uestes indueret, quoniam frigus erat intensum, Aegidius introduxit satellites in culinam atque ignem illis excitauit.

10 Deinde relicitis satellitibus apud ignem ad meum lectum accurrit. ibi 2
postea quam Dei gratiam esset precatus, uti solebat, 'adsunt' inquit 'satellites, mi frater, qui me abducant nescio quo, quantum uero coniectura assequi possum, uel ad necem uel ad aliam grauiorem crudelitatem, quam equidem necquicquam expauesco. imo etiam utrumque, si opus erit, perlibenter tole-
15 rabo pro gloria Domini nostri Iesu Christi.

Et quia fortassis non amplius uidebo te istis terreni corporis uinculis impe- 3
ditus, uolui, antequam ex hac uita migro, te inuisere: primum ut te conmendem gratiae Dei, quam scio tecum habitare; deinde ut ad constantem animi magnitudinem adhorter teque per tremendum illud iudicium Dei, cuius in
20 conspectu propediem sistemus omnes, orem atque obtester, ne uel morte mea uel ullis mundi periculis offendaris, sed in eis potius glorieris et contra omnium hominum furores, contra Diaboli terrores et minas infractus perrumpas, donec tandem ad metas uocationis tuae cum magna gloria perue-nias.

25 Nihil in hoc mundo firmum aut stabile, mi frater, cuiquam mortalium 4
esse potest, dum tantarum miseriarum fluctibus iactati quasi uagantes incertis sedibus in hac carne peregrinamur. ad unam illam coelestem patriam quasi anhelantes adspirare debemus, quae propria est haereditas filiorum

35 hostium Aegidii machinationes *in marg.* **A** || 36 Dei *om.* **P**
1 Aegidius ad torturam ducendus [ductus *ante corr.*] Franciscus inuisit et confirmat *in marg.* **A** || 6 quid **A** quod **P** || 20 sistemus **P** sistemur *post corr.* **A** || 22 infractus **A** infractas **P**

Dei, in quam propediem nos omnes aeternum simul uicturi congregabimur. uides me nunc abs te seiungi, hinc abduci ab hominibus ignotis in loca quae 30 prorsus ignoro. sed quoniam hanc esse uoluntatem Dei certo scio, animo praesenti atque hilari eam insistam uiam siue ad uitam siue ad mortem, qua me a Domino uocatum sensero. eadem fortuna non ita multo post erit tibi expectanda. nam talis omnino est semperque fuit cursus rerum humanarum.

5 At ego te per misericordiam Dei obtestor, ne ullae te hominum crudelitates offendant, nullis periculis frangaris, neque meae mortis conspectu contristeris. uenient fortassis homines, qui te quoque hinc abducant, qui te tormentis subiiciant aut multis alioqui modis crudeliter tractent. at interim illud cogita, homines tantum esse, inimicos Dei esse, persecutores coelestis doctrinae esse, qui non amplius aduersum te facere poterunt quam quantum 40 a Deo ipsis permittetur. tantum autem illis permittet Deus, quantum ad fidem tuam explorandam aut suam gloriam amplificandam utile ac necessarium esse iudicabit. interim uero tuam longe celsiorem dignitatem tecum expende, quantoque illis superior sis manu et praesentia Dei fultus ac gubernatus attente considera. 45

6 Habes tu quidem hostem Satanam, qui odio filii Dei inflammatus istis suis membris abutitur, quae totum per orbem incredibili furore grassantur, filios Dei persequuntur, ueram ecclesiam Christi, in qua sonat uox euangelii, crudeliter uastant et populantur, magnum sane hostem ac formidabilem, fateor. sed rursus qui pro nobis stat, qui nos tuetur, filius Dei iam olim istum 50 inimicum generis humani debellauit, turpiter uictum ac superatum sub pedibus piorum posuit, ut iam nobis, qui per fidem Christi corpori sumus inserti, non amplius possit nocere. quod si non desinunt isti grassatores urgere, si aculeos interdum figunt, si oblique nos petunt, statuere plane debemus Christum uictoriam nostram praesentem adesse nostri certaminis spectatorem, 55 qui non patietur quemquam nostrum tentari supra id quod ferre poterit, imo etiam dabit cum tentatione prouentum magnum, ut nobis modis omnibus necessarium ac salutare fore putemus, quicquid ille pro sua erga nos fraterna uoluntate in nobis permiserit.

7 An putas Deum patrem curam abiecisse nostri? uidesne quam diligenti 60 studio uniuersam naturam rerum Deus tueatur, ornet ac uestiat admirabili colorum ac formarum uarietate, quanta sollicitudine ac diligentia uel in minimo flosculo formando et pingendo nobiscum ludat sapientia Dei, quem ip-

56–57 qui non … magnum] *1 Cor. 10,12*

35 cohortatur ad constantiam *in marg.* **A** ‖ **46** contra hostium immanitatem uera consolatio *in marg.* **A** ‖ **48** ecclesiam Christi **P** Christi ecclesiam **A** ‖ **57** ut *scripsi* et *mss.* ‖ **60** consolatio gratissima *in marg.* **A**

sum usibus humanis acconmodauit? non patitur uel minimum de istis flos-
65 culis interire nisi perpetua naturae lege sequenti anno reuicturum maiore quam antea fuerat et gratia et uenustate ornatum. et hoc unum mirandum opus ad imaginem Dei conditum, cuius in mente particulam quamdam suae diuinitatis insculpsit atque in ea scintillae quaedam uetustae illius perfectaeque imaginis etiamnum relucent, deseret aut parum diligenter curabit? num-
70 quam profecto deseret, praesertim cum in hoc potissimum condita sit haec praestantissima hominis natura, ut praeter caeteras omnes creaturas maiestatem creatoris agnoscat, eius gloriam celebret eiusque uita sempiterna cum eo perfruatur.

Cum igitur talem tantumque habeas defensorem, quid formidas hominum 8
75 minas? quid isti sordidi uermiculi tibi facere poterunt defendente Deo? erigamus ad Deum mentes nostras, mi frater, recipiamus animum et, quemadmodum senes quidam decrepiti scipione nituntur, quo sustentati securius et firmius procedant in uia, sic etiam nos Christum seruatorem nostrum toto pectore amplectamur, eo quasi firmissimo scipione suffulti intrepide in
80 huius mundi desertum progrediamur, donec ad limites a Deo nobis praescriptos perueniamus.

Quandocumque finis continget aut qualisqualis erit exitus hominis Christiani, nihil insperatum, nihil acerbum aut magnopere formidandum accidere potest iis qui inserti sunt corpori Christi eoque tanquam propugnaculo 9
85 firmissimo contra omnes insidias mundi nituntur. quin etiam in lucro uel maximo ponendum erit, si tentis huius mundi miseriis et periculis liberati ad coelestem illam aeternae maiestatis consuetudinem cito transferamur. quod si Deus te ex isto carcere uoluerit liberare, existimare debes, mi frater, non sine admirando suo consilio te conseruatum esse, ut in grauioribus certami-
90 nibus tuae fidei periculum faciat. quare ad maiora pericula tibi erit tunc animus praeparandus, ut iuxta uocationem tuam gloria Dei per te tanquam fidelem ministrum magis ac magis illustretur.'

Dum haec dicit, uocatur Aegidius a satellitibus, qui eum abducere uolebant, atque ita coactus est interrumpere orationem, qua me profecto suspensum atque in lachrymas solutum tenebat. 'iam', inquit, 'mi frater, cogor te relinquere, quo nihil mihi accidere poterat hoc tempore molestius. sed **109**
5 aequanimiter haec humana toleranda sunt et Deo uocanti obtemperandum. nescio an te rursus uidere potero. si superstes ero, uel te uidebo, si per tyrannos licebit, uel ubiubi futurus sum, quicquid mecum agatur, tibi significabo. interim aeternum uale, mi frater charissime, in eo qui est uita et fortitudo

70 finis creati hominis *in marg.* **A** || 72 eiusque **P** eius **A** || 75 sordidi *om.* **A** || 82 conclusio exhortationis *in marg.* **A** || 92 illustretur **A** illustratur **P**

1 Aegidius Francisco uale dicit *in marg.* **A** || 3 lachrymas **A** lachrymis **P**

nostra, cuius spiritum ac uim sentio iam adesse nobis praesentissimam, teque oro ut assiduis precibus nostram uitam et salutem Deo conmendes.' sic a nobis fuit abductus sanctus ille uir, cui ego praeter lachrymas et suspiria nihil potui respondere. 10

2 Deduxerunt eum in alium ciuitatis carcerem atque ibi tormentis subiecerunt, non alio praetextu (sicut antea dixi) nisi quod esse aut non esse purgatorium noluerit affirmare. at uero in ipsis tormentis nihil minus quam de purgatorio uel de ullo articulo doctrinae Christianae eum interrogauerunt. tantum agebatur ut eos qui erant in carcere proderet et quos ipse in urbe suspectos nouisset declararet. sed neminem prodidit homo Dei, qui ea naturae bonitate praeditus erat, ut ipse maluisset mortem uel acerbissimam oppetere quam ut eius causa quisquam mortalium in discrimen uocaretur. puto autem non sine miraculo Dei singulari factum esse ut in magno illo tormentorum cruciatu non ita multum eius corpus laederetur. 15 20

3 Eodem die cum sciuerunt homines Aegidium in alium locum esse translatum, plurimi ex urbe ad eum confluxerunt. praecipui uiri ciuitatis omnia quae ad eius curationem erant necessaria illi miserunt. 25

4 Postridie uenit ad eum pastor summi templi, quod ibi nescio cui sanctae Gudullae consecrarunt, quem pastorem in ea urbe communi hominum uoce Papam Bruxellensem appellant. nam et insignem quamdam grauitatem et uenerabilem corporis speciem repraesentat, cum nihil in toto illo magno corpore sit purae doctrinae, multum impietatis. nam ut simpliciter uno uerbo dignitatem hominis comprehendam, est uerus Epicureus, multis et magnis criminibus in tota uita notatus, qui magis curat uoluptates corporis quam ullam sanam doctrinam, quam in uniuersum suauiter ridet atque ita aspernatur, ut, quam ipse personam sustineat, minime intelligat. 30

5 Iste praeclarus Bruxellensis Papa ueniebat, si diis placet, ut Aegidium a suis erroribus conuerteret. aduenientem excepit Aegidius humanissime, excitauit illi ignem, ut calefieret, collocauit eum apud focum in sella eoque animo illi ministrabat, ut, si patrem praesentem intueretur, non potuisset officiosius. blande excipiebat eius uerba, quae agnoscebat facile hominis esse non integrae mentis et plane intemperantis, ad quae tamen ipse ualde modeste respondebat. 35 40

6 Post prandium redeunt monachi, ut magis eum excruciarent. eos orat Aegidius ut redeant in coenobium nec amplius sumant inutilem laborem. illi se ad iudices recipiunt, aiunt de Aegidio iam conclamatum esse, qui ne audire uoluerit quidem ipsorum sermones. 45

17 tormentis subiicitur ut socios prodat *in marg.* **A** || 26 papa Bruxellensis Aegidium uult conuertere *in marg.* **A** || 39 excipiebat **A** suscipiebat **P** || 40 ipse *Campanus* ipsa *mss.* || 42 monachi laterem lauant *in marg.* **A** *(cf. Ter. Phor. 186)* || 45 uoluerit quidem **P** quidem uoluerit **A**

110 Postridie autem, qui dies erat conuersionis Pauli, uigesimus quintus Ianuarii, decreuerunt iudices inter se definitiua sua sententia, ut Aegidius combureretur, eamque sententiam ita tulerunt, ut, qui in ea urbe longo tempore uixerant rationemque iudiciorum accurate tenebant, prorsus affirma-
5 rent a memoria hominum non esse uisum, ut eo modo ibi pronunciaretur capitalis sententia. nam cum aliquem condemnare uolunt, in publico consessu iudicum audiente reo sententiam ferre consueuerunt. at in hac Aegidii causa longe aliter uoluerunt procedere. metuebant enim, id quod res erat, ut, si Aegidium per plateas deducerent ad audiendam capitalem sententiam, a
10 ciuibus uiolenter in uia interciperetur. ideoque inter se clanculum sententiam tulerunt, quam post prandium per unum aut alterum secretarium Aegidio curauerunt in carcere denunciari.

2 Audita sententia Aegidius flexis genibus ingentes Deo egit gratias, quod tandem eum dignum iudicasset, qui pro asserenda coelestis doctrinae puri-
15 tate mortem oppetere deberet, idque tanta pietate, tanto animi affectu, tanta orationis ui, ut eos ipsos homines, qui sententiam latam ei denunciarunt, ad lachrymas permouisse dicatur. deinde gratias quoque egit ipsis iudicibus, quod tam foelicem eius causae finem imposuissent, tum etiam illis secretariis, quod hoc laetum nuncium ipsi denunciassent. in primis autem sibi ipsi
20 pro hac tanta foelicitate gratulabatur, quam manifestum ac singulare Dei donum agnoscebat.

3 Paulo post eadem nuncia tanquam foelicissima (ut certe erant) per ciuem quemdam Bruxellensem nobis significauit. magnum ego in animo meo concepi dolorem audito illo tristissimo casu, quamquam rursus illam animi ma-
25 gnitudinem Aegidio gratulabar et parem mihi optabam fortitudinem, si quando similis fortuna sequeretur.

4 Cum igitur in urbe peruulgata esset Aegidii condemnatio, totus populus perturbabatur et omnis reipublicae status ad seditionem spectabat. nam turbationem popularem conati sunt concionatores pro suggestu reprimere mul-
30 tis aduersus Aegidium mendaciis confictis, sed nihil proficiebant.

5 Tandem cum uiderent iudices se sententiam, quam aduersus Aegidium tulerant, sine aliqua perturbatione publica exsequi non posse, sequenti die conuocarunt unum in locum omnia ciuitatis sodalitia, ex quibus magnam uim hominum delegerunt, qui postridie armati essent in foro, quo tempore de Ae-
35 gidio sumendum erat supplicium.

6 Erat igitur uidere in foro supra sexcentos homines armatos praescripto

1 sententia de Aegidio lata praeter et contra morem *in marg.* **A** || 13 Aegidii audita sententia capitali laeticia *in marg.* **A** || 27 tumultus in urbe gliscit *in marg.* **A** || 31 iudices se praesidio muniunt: populi impetum formidant *in marg.* **A** | se *om.* **P**

tempore, quorum maior pars multo libentius contra ipsos iudices arma stringere quam defensionem impiis hominibus uoluisset praebere, si quis populi tumultus exoriretur. et tamen reliqua popularis multitudo non parum terrebatur armorum conspectu, quae ad defensionem iudicum externa facie 40 uidebantur comparata.

7 At uero iudices ipsi, quoniam non ignorabant populi animos sibi esse infestissimos, ne hoc quidem armorum praesidio satis tuti se fore confidebant. quamobrem ex carcere in domum ciuicam, quae in foro sita est, ante lucem Aegidium transferri curauerunt. uerebantur enim ne, si exorta iam luce edu- 45 ceretur, nulla ipsorum potentia posset prohibere, quin a ciuibus interciperetur.

111 Illuxerat dies uigesimus septimus Ianuarii superioris anni, cum hora decima impii carnifices Aegidium ex domo ciuica ad locum supplicii deduxerunt. in ipso egressu publicae domus erectum est simulachrum Mariae lapideum, ante cuius conspectum iussus est flectere genua et diuam Virginem adorare. respondit Aegidius se quidem ex euangelio didicisse solum Deum 5 esse adorandum illique soli in spiritu et ueritate seruiendum: procederent ipsi ulterius ac institutum opus perficerent. ibi Procurator Generalis grauissime indignatus, quod lapidem noluerit adorare, iussit eum sine mora comburi.

2 Cum igitur in loco supplicii esset collocatus uideretque ingentem fascicu- 10 lorum aceruum ibi congregatum, dixit clara uoce: 'quid necessum erat tantum lignorum huic corpusculo comburendo comparare, cui pauci admodum fasciculi sufficiant? quin potius rationem habetis miserorum hominum et haec ligna inter pauperes curatis distribui, quos uidetis in hac urbe nimio rigore hyemis passim interire?' 15

3 Erat in eo loco domuncula quaedam ex lignis et straminibus contexta, in quam uolebant carnifices eum introducere atque in ea pro more ibi recepto strangulare, ut aliquo modo acerbitas supplicii minor uideretur, quam si ageret ignis in corpus animatum. tum Aegidius: 'non est necesse ut eum laborem sumatis, fratres. neque enim ego conspectum ignis pertimesco, cuius in- 20 cendium et uidere et sustinere uolo perlibenter pro gloria Domini nostri Iesu Christi, qui longe grauiores corporis atque animi cruciatus mea causa tolerauit. sinite me paulisper orare: postea ultro ingrediar ipse domunculam et faciam omnia quae uultis.'

5-6 solum … seruiendum] *Matth. 4, 10*

45 educeretur **A** adduceretur **P**
1 Aegidii martyrium *in marg.* **A** || 11 etiam in morte solicitudo de pauperibus *in marg.* **A** || 16 eo *om.* **A** || 19 ad sustinendum supplicium constantia *in marg.* **A**

25 Tum flexis genibus et sublatis in coelum oculis orauit. absoluta precatione 4
surrexit ligneam domum ingressurus. sed antequam ingrederetur exuit calceos, 'hos' inquiens 'date alicui pauperi, qui illis opus habebit; nam quorsum attinet ut mecum inutiliter comburantur?' tandem ingressus domunculam in ea se flexis genibus sic composuit, quasi ex imo pectore ad Deum funderet
30 precationem et singulari quodam animi ardore corpus atque animam Deo patri conmendaret. tum carnifices incenderunt stramineam domunculam, in qua Aegidius consumptus est. fuerunt ordinati satellites, qui usque ad horam secundam pomeridianam cineres obseruarunt, quos deinde autoritate magistratus uniuersos in profluentem carnifices proiecerunt.

35 Magnus tum excitabatur in urbe rumor et contumeliosi hominum sermo- 5
nes aduersus tantam impietatem. rursus impii monachi famam inter suos euulgarunt iuste Aegidium esse combustum, quia negauerat sacramentum, cum plane contrarium multis eius urbis uiris honestissimis constaret. concionatores conabantur e suggestu excusare iudices, quamquam nullus eorum
40 (quod ego quidem audiuerim) praeter unum impium pastorem Capellae ausus est Aegidium nominare haereticum. tam gratus erat etiam inimicis. multi exstiterunt, qui non obscure saeculi nostri calamitatem publica uoce pro concione deplorabant, in quo eo furoris uentum est, ut liceret hominibus, qui Christi nomine gloriarentur, esse phariseis, facinorosis, impiis,
45 blasphemis, at non liceret esse uere Christianis.

Ex eo tempore uenerunt in magnum odium omnes monachi et sacrificuli, 6
qui alioqui fuerant antea parum gratiosi, et quoties ueniunt ad aedes ciuium postulatum eleemosinam, et turpem illi repulsam patiuntur et simul illis inculcatur neminem esse iam posse qui eleemosinam in eos conferat, qui pro
50 beneficio mortem atque incendium rependunt: Aegidium quidem non aliam ob causam esse combustum, nisi quia sua omnia distribuerat in pauperes; se autem illis nihil uelle largiri, ne uicissim illorum opera comburantur. quod uerbum in ea urbe nunc etiam puerorum ore decantatur.

Ego uero nescio an ex alia re unquam tam acerbum senserim dolorem **112**
quam ex Aegidii nostri tristissimo interitu, cuius fidelissimi hominis consuetudine me priuatum esse dolebam, et rursus illi ex animo gratulabar, quem ex tanta calamitate generis humani uidebam liberatum. insequi etiam uo-

25 mirabile animi praesentis exemplum *in marg.* **A** || 32 cineres in profluentem proiecti *in marg.* **A** || 35 rumores de extincto uarii *in marg.* **A** || 36 rursus impii **P** impii quippe **A** || 43 est **P** esset **A** || 46 monachi exosi *in marg.* **A** || 48–49 illis … conferat **P** audire coguntur neminem iam eleemosinam in eos conferre posse **A** || 51–52 se autem illis nihil **P** se uero nihil illis **A**

1 Franciscus Aegidii morte dolet *in marg.* **A** | Francisco dolorem mors auget *in ras.* **A** | senserim **A** sensi **P**

luissem eadem uestigia, si meo arbitrio res agi potuisset. quod multo quidem 5
mihi accidisset gratius quam uiuum cadauer in illo antro sepultum manere.

2 Scribebam frequentes literas ad multos aulae proceres, qui non minus monachorum improbitatem quam meam innocentiam habebant compertam et quos mihi priuatim fauere sciebam. omnes loquebantur magnifice, nemo quicquam opis adferebat. denique in hoc consentiebant omnes: uelle qui- 10
dem, si possent, pro sua uirili iuuare, sed quia ipsorum autoritate non eram captus, negabant esse in sua potestate uel libertatem mihi concedere uel negotium meum ulla ratione finire. totam meam causam ex aula Imperatoris pendere, in qua ipsi non poterant ea quae uolebant impetrare.

3 Curauimus quoque per uiros quosdam illustres, qui apud omnes magnates 15
et Imperatorem quoque ipsum multum obtinebant et autoritatis et gratiae, ut ea causa in aula Imperatoris, qui tum erat Spirae, apud Granuellam et nostrum monachum sollicitaretur. rursus et illi splendida omnia pollicentur, ut est aulica consuetudo, sed nihil praestant. quo modo autem totum hoc negocium gubernarint, paucis indicabo. 20

4 Antea uero quam Imperator in Germaniam proficisceretur, monachus noster seuere iniunxit Ludouico a Schore praesidi, qui primas tenet in aulae Brabanticae gubernatione, ut summo studio aliqua testimonia aduersum me siue uera siue falsa in tota illa regione conquiri conuerrique curaret. rursus praeses eius rei curam secretario cuidam Ludouico Sot conmendauit, quem 25
5 uere ex nomine ipso notum dicas. etenim delectus iste secretarius talis est, ut omnes boni in tota urbe eum oderint et simpliciter mente captum iudicent, quem ipsi etiam pueri in plateis tanquam fatuum derideant, denique cui multo sane magis conueniret in cuculla fatui, ut est et uocatur, cum auriculis et tintinnabulis publicitus incedere aut terram aratro scindere aut alicubi 30
subulcum agere, quibus rebus est satis idoneus, quam in ullo munere publico uersari. sed quia est infensissimus hostis Christi atque omnem piam doctrinam hostili odio persequitur, eiusmodi causae illi conmendantur.

6 Hunc igitur praeclarum uirum mittunt Antuerpiam, ut aliqua testimonia contra me corradat. interrogauit ille quidem satis accurate de uita et moribus 35
meis praestantissimos uiros Hispanos, qui in ea urbe nunc habitant, cum

7 amicorum opem implorat *in marg.* **A** | frequentes **A** frequenter **P** || 10 promissis diues quilibet esse potest *in marg.* **A** *(= Ouid. Ars amat. 1, 434)* | opis **A** opus **P** || 14 impetrare *scripsi* imperare *mss.* || 21 confessarius testimonia contra Franciscum conquiri curat *in marg.* **A** || 24 conuerrique **P** conferrique **A** || 25 Sot: fatuus, stolidus *in marg.* **A** | Sot **A** Sol **P** 'Louys Sol' **H** | conmendauit **P** demandauit **A** || 26 nomine ipso notum *recte emendauit* **A** homine ipso natum **P** || 27 Ludouicus Sot, secretarius, uerae doctrinae hostis in uitam Francisci inquirit, maxime inter monachos, quorum fraudes Francisco deteguntur *in marg.* **A** || 29 cuculla **P** cucullo **A** || 30 alicubi **A** alioqui **P**

quibus ego egeram aetatem. sed quid accidit? pro accusatione, quam ille apud eos inueniri posse putabat, laudes nostras non uulgares, quas equidem nec agnosco nec postulo, uiri laudatissimi deposuerunt. taceo nunc quam 40 multis modis se ridendum propinauerit iste asinus inquisitor suis stultissimis interrogationibus apud uiros magnae autoritatis, qui eius postea insanias mihi nunciari curauerunt.

Cum igitur uideret parum esse praesidii ad instruendam accusationem ex 7 testimoniis clarissimorum hominum, ad perditissimos nebulones monachos 45 se conuertit, a quibus tanquam ab hominibus deplorati pudoris facile quoduis testimonium uerum aut falsum, pictum aut fictum se extorquere posse arbitrabatur.

Interrogauit plurimos monachos Hispanos et Brabantos, quorum non om- 8 nes esse mali potuerunt. nam inter alios exstitit quidam et nobili genere et 50 animo natus, quem ego de facie tantum noueram nec unquam in uita unum uerbum ei fueram locutus. is quoque postulatus de sua sententia dixit simpliciter quod sciebat, et, quoniam monachus erat et ipsi amplius quam caeteris credebatur, habuit opportunitatem perlegendi omnia reliquorum testimonia; in quibus cum nihil aliud quam laudes nostras uideret, apud duos 55 tantum aut tres monachos et quidem publicis flagitiis notatos compositas fraudes atque impudentes calumnias animaduertit, quorum ipse clandestinam coniurationem aduersus me antea quoque nouerat, ac proinde conscientiae suae propriae testimonio uictus decreuit impias illas monachorum machinationes patefacere.

60 Ad me autem ipse uenire non audebat, quia neque me nouerat neque sine 9 magna sua inuidia id facere potuisset. sed cognato cuidam meo, cui erat paulo familiarior, rem omnem significauit, quam integra conscientia negabat tacite apud se diutius posse continere. narrat praeterea quid quisque testium uel pro me uel contra me deposuisset et quid tandem in tota depositione 65 continebatur, orat etiam ut ea omnia curet mihi significari. recta ipse cognatus ad me uenit et quod a monacho acceperat ordine nunciauit. quo equidem nuncio non mediocriter sum delectatus, quia re ipsa tum esse uerum comperiebam, quod antea coniectura tantum, sed minime tamen obscura, poteram suspicari: nullum aduersarios testimonium contra me inuenire posse, quod 70 ullum mihi praeiudicium uel apud iniquos iudices adferret.

Cum igitur uideret praeses nullam in toto processu materiam esse subiec- **113** tam, qua posset probabili aliquo colore ulterius procedere, uniuersum processum misit in aulam Imperatoris, ubi mansit aliquot menses. ibi quoque

58 propriae *om.* **P** || 64 deposuisset **P** deposuerit **A** | quid **P** quicquid **A** || 65 continebatur **P** contineatur **A**

1 mora processus Francisco molestissima *in marg.* **A**

erant non pauci, qui nostro nomine negocium urgebant, sed rursus illi praeter magnificas promissiones longo tempore nihil potuerunt extorquere. tan- 5 dem circa mensem Augustum, ne nihil tam multis iam elapsis mensibus agere uiderentur, decerpserunt ex testimoniis collectis aliquas interrogatiunculas leuis momenti easque una cum reliquo processu in Brabantiam remiserunt, et quidem ea ordinatione, ut prius nouam nescio quam facerent inquisitionem, deinde negocium plane expedirent. 10

2 Ego interim dici non potest quam grauiter ferebam tantum temporis in eo loco mihi perire, ac sperabam tunc fore ut illa noua ordinatione cito uniuersa causa absolueretur. sed longe aliter euenit. etsi enim perdiligenter denuo fecerant inquisitionem, tamen, quia nulla adhuc materies idonea inuenta est, quae alicuius accusationis uerisimilem speciem prae se ferre 15 uideretur, procedere ulterius noluerunt. urgebam ego quotidie per literas eos omnes, quibus negocium esse sciebam conmendatum, ut facerent aliquem tantae calamitatis finem, proponerent accusationem, nominarent accusatorem, aduersus quem uolebam ipse litem intendere, aut, si nihil istorum quod iustum erat facere uolebant, certe pro suo arbitrio quomodocumque ferrent 20 sententiam, etiamsi cum periculo uitae esset coniuncta. at illi blandis uerbis rem omnem usque in aduentum Imperatoris distulerunt.

3 Cum igitur diutius sine pudore differre non possent, pridie quam rediret Imperator ex Gallia post constitutam pacem cum Gallo, uenerunt ad me inquisitores et eas quaestiones, quas ex aula acceperant, proposuerunt. auditis 25 interrogationibus facile animaduerti uanitatem accusationum. haerebant adhuc circa prima illa et antiqua crimina, quorum uel maxima erant: fuisse in Germania, conuenisse Philippum Melanchthonem, eius uirtutem et doctrinam frequentem praedicasse. accedebat illud tanquam summum facinus, quod semel Antuerpiae loco publico contra pastorem templi defenderem Phi- 30 lippum Melanchthonem et Bucerum. horum ego nihil negaui, quia et uera erant omnia et nunquam ea uolui in obscuro ferre, sed iure id a me factum esse contendebam. quale autem fuerit infandum illud crimen expediam breuiter.

4 Cum essem Antuerpiae forte in bibliotheca publica, ut uiderem quid 35 nouorum librorum esset allatum ex Germania, inter alia exhibuit mihi bibliopola epistolam studiosi cuiusdam Ingolstadiensis aduersus Vitum Theodorum, in qua conabatur ille, quisquis est, epistolae autor Eckium defendere eumque ualde pie mortuum esse contra Viti sententiam affirmabat. conspecta epistola, ut uerum fatear, non leuiter sum delectatus, nec abstinere 40

20 uolebant **P** uellent *post corr.* **A** || **21** is ad interrogata respondere iubetur *in marg.* **A** || **27** crimina praecipua *in ras.* **A** || **29** frequentem **P** frequenter **A** || **32** ferre **A** ferri **P** || **35** cum pastore Antuerpiensi concertatio super epistola de morte Eccii *in marg.* **A**

potui quin dicerem: 'gratia Deo, quod certo nunc tandem intelligimus quod hactenus ad nos pertulerat incerta fama.'

5 Forte aderat in eo loco pastor diuae Mariae, homo pessimus atque indoctissimus, quo nullus crudelior Christianae ueritatis hostis, quem equidem an-
45 tea nunquam uideram neque pastorem esse talem belluam potuissem suspicari, quamquam ex cultu et uultu facile sordidum sacrificulum ac tetricum quemdam phariseum agnoscebam.

6 Is autem cum eam uocem ex me audiret, interrogauit quidnam illud esset, quod certo nunc esset compertum. 'haec' inquam 'epistola facile declarabit,
50 quae affirmat Iohannem Eckium esse mortuum, quod hactenus rumore tantum audiuimus.' tum ille: 'multi gaudebunt in morte istius uiri.' 'plures, ni fallor, uestri ordinis homines dolebunt.' 'dolebunt' inquit ille 'nostri catholici, sed nouatores gaudebunt.' 'quos appellas nouatores, quaeso?' 'Philippum Melanchthonem et Martinum Bucerum.' 'quid innouarunt?' 'uah, ro-
55 gas? infinita.' 'quaenam illa, obsecro?' 'dicunt diuam Virginem non fuisse perpetuo uirginem: an non illa magna tibi blasphemia uidetur?'

7 Non potui ego diutius tolerare rudentem asinum, atque ita respondi: 'facis magnam iniuriam optimis uiris, cum hoc crimen illis audes impingere, de quo ipsi ne cogitauerunt quidem, imo etiam manifeste contrarium docent.
60 legas quaeso illorum libros, et cognosces te esse in magno errore, aut si neque hactenus legisti neque legere nunc uis, noli amplius affirmare praeter id, quod certo tibi constat.' 'quid?', inquit, 'uis tu illos defendere?' 'uolo' inquam 'ueritatis patrocinium suscipere, ubiubi illa sit, siue a Philippo Melanchthone siue a Bucero siue etiam ab utroque proferatur.'

65 8 Ibi ille: 'tu mihi uideris eadem cum illis haeresi conspersus'. 'tu mihi' inquam 'homo ualde temerarius, qui haec de me audes iudicare, quem nunquam uidisti, et manifesto mendacio impietatis notam optimis atque doctissimis uiris inurere.' 'ego' inquit 'sum pastor et te accusabo.' 'tu profecto es uerus lupus, quem ego dignum existimo ad aratrum potius relegari aut pasto-
70 rem porcorum agere, non curam animarum gerere. neque ego pili facio furentis hominis accusationem.' ita tum contempsi (sicut debebam) pessimi nebulonis minas, cuius deinde testimonium tanquam summum et maximum crimen proposuerunt.

114 Hae autem fuerunt omnium criminationum maximae, reliquae interrogationes indignae sunt quae referantur. itaque ad eas omnes criminationes, quas multi et magni uiri cum in aula Brabantica tum in aula Imperatoris spa-

41 nunc tandem **P** tandem nunc **A** || 51 istius **A** eius **P** | ni **P** nisi ego **A** || 58 crimen illis **P** illis crimen **A** || 63 quod uerum est, ubicumque reperiatur, ueritatis debet censeri proprium *in marg.* **A**

1 Francisci ad criminationes responsio expedita *in marg.* **A**

cio decem mensium fabricauerant, ego solus atque imparatus intra unius aut sesquihorae spacium respondi. 5

2 Post responsionem meam dixerunt inquisitores nihil iam desiderari ad processum finiendum, nisi ut nomina testium mihi traderentur, ex quibus taxare oporteret quos haberem suspectos; nisi enim aliquorum autoritas infirmaretur, periculum esse ne graue mihi praeiudicium adferrent quorumdam testimonia manente integra eorum autoritate; assumerem praeterea in consi- 10 lium aduocatum eius urbis, quemcumque uellem, de cuius sententia negotium gubernarem.

3 Respondi ego neque legitimam uideri posse illam procedendi rationem neque honestum consilium eamque profecto esse ualde infirmam et reprehendendam seu excusationem seu laudem, quae aliorum uituperatione consta- 15 ret: etsi enim in tota illa interrogatione duorum aut trium monachorum testimoniis eos niti uelle animaduerterem, quos iure suspectos habere possem, praetermissis interim clarissimorum hominum sententiis, tamen contra charitatem Christianam mihi uideri secretiora cuiusquam facinora prodere, praesertim cum publicis alioqui criminibus nimis multum essent deformati, 20 si homines in ea oculos uellent intendere; quamquam re uera multo illi maiora promereantur, ea tamen moderatione me praeditum esse, ut magis quod me, quod pietatem ipsam decet, quam quod impii homines merentur, uelim considerare; caeterum, ne sint nescii, sciant me sic eos monachos omnes deformare posse, et quidem iustissimis ac uerissimis rationibus, ut 25 quouis carbone atriores uideri possent; porro autem non uidere me, quid esset ualiturum aduocati consilium, si omne ius et phas ipsi uiolarent aut nullus apud eos locus defendendae iustitiae aut uoci legis audiendae relinqueretur; quin potius hoc agerent, ut certus accusator nominaretur, prodiret in lucem, eum ibi apud me sisterent, poena talionis constituta, nisi quod inten- 30 derent crimen idoneis rationibus posset probare.

4 Respondent neminem esse, qui me accusaret, praeter Imperatorem. 'quem igitur facitis iudicem? an uultis Imperatorem simul et accusatorem et iudicem constituere? quae unquam leges hoc permiserunt, ut idem sit accusator et iudex?' cum uiderem omnia uiolenter geri, nihil me rationibus impetrare 35 posse, tacui nec eo tempore quicquam inter nos certi fieri potuit.

115 Postridie uenit Imperator. eadem septimana sequuti sunt ex Antuerpia qui erant in ea urbe praecipui, tantum ut expeditionem huius negocii curarent, qui per magnates quosdam Hispanos rem componi posse arbitrabantur.

2 Conuenerunt primo confessorem Imperatoris. is usitata sua simulatione

13 de testibus declaratio *in marg.* **A** || 19 cuiusquam **A** cuiusdam **P** || 29 Franciscus accusatorem nominari uult *in marg.* **A**

1 amicorum pro Francisco labores irriti *in marg.* **A**

5 uehementer miratur et dolet negocium nondum esse absolutum. negat ad se quicquam pertinere, sed tamen in gratiam meam, quem supra modum amaret, uelle apud iudices curare ut cito expediretur. mittebat ad me frequentes legationes, scribebat blandissimas literas, cum interim ab altero latere hostiles inimicitias moliretur.

10 Conuenerunt praeterea nostri Granuellam, Episcopum Atrebatensem, 3 Doctorem Boissot. omnes pollicentur splendide, sed nihil praeter uerba praestant. cum uiderent nostri, postea quam omnia tentauerunt, nihil se in ea causa efficere posse amplius, relicta huius negocii cura quibusdam aulicis cognatis, illi se Antuerpiam retulerunt.

15 Circa haec tempora erecti sumus in magnam spem qui captiui tenebamur, 4 sperantes fore ut liberalitate Reginae Galliae, quae tum Bruxellae aduentabat, omnes captiui liberarentur. concesserat enim Imperator parem sibi potestatem Reginae, ut maiori pompa in suis regionibus exciperetur. itaque cum alia officia multa ei exhibebantur, tum etiam in illius gratiam omnes captiui 20 dimittebantur.

Sed quid accidit nobis Bruxellae? postea quam Regina est urbem ingressa, 5 multi facinorosi nebulones, qui de grauissimis flagitiis tenebantur, fuerunt donati libertate. ex carcere nostro quidam parricida primus liberatus est, homicidae duo aut tres, plures latrones et flagitiosi. at uero qui propter reli-25 gionem captiui erant nullam gratiam, nullam liberationem consequuntur, imo etiam multo angustius et crudelius asseruantur. haec nimirum est Christianorum conditio, hoc in ista miseria mundi ecclesiae fatum.

Tunc ego, utcumque res caderet, statui modis omnibus extrema tentare: **116** scripsi frequentes literas ad eos qui eius negocii curam habebant, oraui ut meum mihi accusatorem indicarent, accusationem proponerent, ad quam ego possem respondere, aut si nullus esset accusator, nulla accusatio, dimit-5 terent aut quoquo alio modo finem facerent uel cum meae uitae periculo. post multos dies respondent uelle accusationem proponere.

Haec autem accusatio de die in diem differebatur, et cum duo famuli nihil 2 aliud toto integro die haberent negocii quam ut accusationem istam sollicite postularent, uix tandem post dies uiginti certum responsum habere potue-10 runt. tunc demum nunciatum est accusationem istam esse iam bonis auibus fabrefactam. uix poteram credere. rogo famulum utrum ipse suis oculis uidisset. affirmat uidisse. 'quanta erat?' 'septem seu octo foliorum.' 'quare igitur tibi non est tradita?' 'quia reliquum erat ut in Imperatoris consilio prius ex-

8 altera manus panem ostentat, altera lapidem *in marg.* **A** *(= Plaut. Aul. 195)* || 15 spes libertatis allata captiuis, quae solos religionis ergo captos frustratur *in marg.* **A**

1 Franciscus exitum caussae urget *in marg.* **A** || 8 toto integro die *om.* **A** | haberent negocii **A** facerent **P**

ploraretur.' 'ergo nihil certi proponunt, illi ipsi sunt autores accusationis, fingunt et refingunt pro suo arbitrio quod uolunt.'

3 At ne sic quidem haberi potuit accusatio, quia proposita in consilio non placuit et necessum fuit ut alio modo fabricaretur. tandem post longam disputationem secretarius ipse attulit ad me pro septem foliis septem sordidos articulos, quos libet adscribere, ut ex eis cognoscas ingentia illa et periculosa crimina, quae post multos menses, post longam fabricationem potuerunt proponere:

4 ~ Primus, quod Franciscus est uehementer suspectus et diffamatus de Lutheranismo.

~ Secundus, quod uersatus est cum haereticis.

~ Tertius, quod conmendauit Melanchthonem et eius doctrinam et sustinuit opiniones haereticas.

~ Quartus: mandauit imprimi Nouum Testamentum a se uersum in lingua Hispanica contra ordinationes aeditas a Caesarea Maiestate, ne qui libri ad sacram scripturam ullo modo pertinentes aederentur aut imprimerentur, dissuadentibus etiam ne id faceret pluribus bonis uiris et monentibus ut prius obtineret licentiam et expectaret aduentum Caesaris. poena autem apposita isti ordinationi nota est.

~ Quintus: iste Franciscus est autor et translator libelli perniciosi de libertate Christiana et de libero arbitrio.

~ Sextus: emit et habuit apud se librum intitulatum *Omnium operum D. Augustini Epitome* autore Iohanne Piscatoris, qui continet haeretica.

~ Septimus: quae omnia sunt contra ordinationes et edicta Caesareae Maiestatis frequenter publicata, ita ut nec ipse nec alius possit illorum ullam praetendere ignorantiam.

5 Ad hos articulos scripsi ex animo meo liberam responsionem, non ut eam iudicibus traderem, sed ut mihi ipsi satisfacerem. uiderunt scriptum multi uiri docti eius urbis, probabant omnes, sed in eo longe plus esse periculi affirmabant quam in ipsa accusatione: quare autores mihi fuerunt ut alia quaedam moderatior, quae iudicibus tradi posset, responsio institueretur. quod ego quidem habebam in animo, sed nescio quo modo nunquam ad eam describendam potui manus apponere. itaque primum scriptum mansit in carcere, quod uehementer optarim me absente in manus aduersariorum peruenisse. summa autem responsionis haec erat:

6 Primum articulum dixi apud ipsos natum et inuentum esse in officina fraudum ac mendaciorum fabrefactum neque me praestare posse quicquid insani homines delirarent aut peruersi suspicarentur.

18 accusationis tandem capita accipit *in marg.* **A** || 34 liber editus Coloniae anno 1542 *in marg.* **A** *(est mihi nota cuiusdam J. Piscatorii Epitome omnium operum Diui Augustini ..., Coloniae, ex officina Melchioris Novesiani, 1549)* || 39 ad articulos responsionem parat, cuius ista summa *in marg.* **A** || 49 ac **P** et **A**

7 Secundum articulum simpliciter negaui, ut illi quidem intelligebant. quamquam fieri potuit ut uel imprudens uel coactus inter uiros haereticos aliquando uersatus essem, qui tamen minime haeretici haberentur.

8 Primam et secundam particulam tertii articuli totam concessi, tertiam plane negaui. (55)

9 In quarto articulo negaui quicquam a me factum esse contra leges Imperatoris, quod multis et manifestissimis testimoniis et argumentis potui comprobare.

10 Ad quintum articulum respondi, ut proponerent ipsi certam aliquam accusationem, quae aliquid certi affirmaret: (60) tunc ego responderem quod fortassis non libenter illi essent audituri. interim affirmaui, quod uerissimum est et quod etiamnum affirmo, nihil a me unquam aeditum esse praeter Nouum Testamentum.

11 Sextum articulum negaui, quia re uera neque librum uidi neque quis sit ille (65) Iohannes Piscatoris audiui unquam. interim eos incendio dignos dicebam, qui auderent affirmare in libris Augustini haeretica contineri. hic uides manifestam hominum caecitatem, qui legisse Augustinum pro crimine obiiciunt nec interim de libris Lutheri aut aliorum Germanorum ullam faciunt mentionem.

12 (70) Septimum articulum negaui quoque uerum esse, quia nunquam nisi semel illae ordinationes fuerunt promulgatae. et cum lex Imperatoris diserte praescriberet iis omnibus, qui in gubernatione positi sunt, ut eas leges sexto quoque mense renouarent maximis poenis propositis, nec id unquam ab illis esset factum, eos pronunciabam primos legis transgressores, qui caeteris (75) exemplo esse deberent. quare in eos primum animaduertendum esse; deinde, si uideretur, ad inferiora membra descendendum, quae nunc iustissimis de causis ignorationem possunt praetexere.

117 At mox ut ego accusationem accepi, Imperator profectus est Gandauum, quae res, quoniam nihil eo absente fieri poterat, me aliquanto languidiorem reddebat ad scribendum aliquid, quod impiis hominibus esset placiturum.

2 Cum aula esset Gandaui, monachi et theologi extorserunt ab Imperatore (5) ut liceret illis pro suo arbitrio crudeliter in Lutheranos grassari. extorserunt quoque nouum edictum longe omnium, quae unquam aedita sunt, crudelis-

52 uiros *Campanus* uere *mss.* 'vrays hérétiques' **H** | uide Sleidan initio anno 1545 *in marg.* **A** *(= J. Sleidani De statu religionis et reipublicae Carolo Quinto Caesare commentarii, ff. 260–263)* ‖ 54 particulum **P** partem **A** ‖ 56 Caesar Gandaum proficiscitur, monachis grassandi licentiam dat, noua edicta proponit *in marg.* **A** ‖ 57 testimoniis **P** testibus **A** ‖ 60 certi *Campanus* certo *mss.* ‖ 65 incendio **P** fustuario **A** 'estre bruslez' **H** ‖ 72 iis **A** illis **P** ‖ 73 id *om.* **P** | esset **A** esse **P** ‖ 74–75 eos … exemplo *om.* **A** ‖ 75 primum **A** primo **P**

simum. renouatae sunt leges anni quadragesimi et aliae multae additae crudeliores.

3 Promulgantur in singulis ciuitatibus leges sanguine scriptae et simul uno quasi momento in Flandria sequuta est inaudita persecutio et cruenta Chri- 10 stianorum hominum carnificina. nulla fuit tam parua ciuitas in tota Flandria, unde non multi et magni uiri aufugerint, qui uel ab amicis praemoniti uel aliquo indicio ingruentem calamitatem praesentire potuerunt, relicta interim domi uxore et paruis liberis, deserta familia, neglectis facultatibus, quae paulo post fuerunt omnes lege Imperatoris proscriptae. sed multo plu- 15 res, qui fuga sibi consulere non potuerunt, comprehensi sunt, quorum aliquos flammis extinxerunt, aliquos gladio crudelissime trucidarunt, plures in diuersis locis munitissimis custodiendos tradiderunt. non sexui, non aetati, non dignitati parcitum est.

4 Totos duos menses integros, quo tempore Imperator fuit Gandaui, nihil 20 aliud audiebamus quotidie in carcere Bruxellae quam tristissima nuncia doloris et calamitatis plena: uiros praestantissimos, qui in magistratu positi erant, ex singulis ciuitatibus aufugisse, alios combustos, alios trucidatos, alios in has atque in illas arces deportatos esse. qui periti erant rerum humanarum et istam cruentam lanienam suis oculis uidebant, prorsus affirmabant 25 tam horrenda crudelitatis exempla multis retroactis seculis nec aedita esse nec uisa nec audita toto orbe terrarum.

5 Post illam Flandricam persequutionem reuersus est Bruxellam Imperator. tum eadem prorsus crudelitas totam Brabantiam, Hannoniam et Artesiam coepit peruastare. horrendum atque incredibile dictu et auditu esset, si quis 30 illam populatricem luem, illam crudelitatis pestem narrare uellet, quae in illa tota regione tunc grassabatur, quam ipsam ad aures miserorum captiuorum quotidie fideles nuncii deferebant.

6 Omnes attoniti ac stupentes audiebamus inusitatam illam crudelitatem, cuius nullum adhuc exitum aut finem licebat prospicere, neque satis quis- 35 quam nostrum admirari aut cogitare poterat, quando tandem futurum esset ut effundendo Christianum sanguinem illi homines saciarentur.

7 Simul ducentos uiros et foeminas ex uariis ciuitatibus captiuos duxerunt, quorum aliquos culeo inclusos abiecerunt in profluentem, alios humi defossos sepeliuerunt, alios clam sustulerunt, reliquos in uarias ciuitates et castra 40 distributos in locis munitis collocarunt. omnes carceres erant repleti neque arces regionis sufficiebant ut tantum captiuorum numerum continerent.

9 persecutio in Flandria [Brabantia *ante corr.*] acerrima *in marg.* **A** || 15 proscriptae **A** conscriptae **P** || 18–19 non sexui ... parcitum est *om.* **A** || 20 misera Flandria facies *in marg.* **A** || 21–22 tristissima nuncia ... plena **P** tristissimos nuncios ... plenos *post corr.* **A** || 28 Belgium omne persecutiones patitur *in marg.* **A** || 38 atrocissima miserorum supplicia *in marg.* **A**

118 Tum ego cum uiderem in summa desperatione constitutum esse uniuersum publicum statum, de rebus quoque singulorum priuatis putabam esse omnino desperandum. ex animo deplorabam ecclesiae Christi dissipationem et uastitatem, et meum consilium in priuata causa serio tunc et ualde sero 5 reprehendebam. nam cum antea multae occasiones consequendae libertatis mihi sese obtulerint, eas omnes praetermisi fretus conscientiae meae integritate et quia nullo modo ad tantam desperationem credebam rem Christianam posse peruenire. saepe habui claues carceris in potestate mea, quibus mihi ipsi aperire potuissem, nisi optime confiderem causae meae et hospi- 10 tem carceris in discrimen mea causa uocari durum admodum mihi uideretur. testabuntur hodie ipsi hospites, quoties a me seruatas et restitutas claues acceperunt. at uero in tanta miseria constitutus supra modum uituperabam meam tarditatem, qui tam certam atque oportunam Dei uocationem neque intellexerim neque fuerim sequutus, neue huius neglegentiae poenas darem 15 in posterum uehementer formidabam.

2 Cum igitur ita essem magnis profecto terroribus consternatus, rursus tristiora nunciantur. uenit ad me quidam amicus in festo Catharinae, qui denunciauit concionatorem Reginae imperfecta causa recessisse: eo enim deductum esse negocium ipsius, ut, si una hora diutius in urbe mansisset, sine 20 ulla dubitatione fuisset comprehensus, ac proinde ab amico fideli admonitus declinare praesens malum absentia sua et cedere furori hominum quam in discrimen uitae uel, ut minimum, perpetui carceris uenire maluisset. ego uero etsi concionatori incolumitatem ac libertatem gratulabar, tamen supra modum eo nuncio fui perturbatus, quia facile ex eo colligebam ad summum 25 iam malorum res omnes peruenisse. de negocio autem concionatoris, quoniam locus id uidetur postulare, pauca dicam.

3 Agitari coepta est illius causa eodem tempore quo ego sum captus. agebatur principio priuatis disputationibus inter concionatorem et monachum nostrum confessorem praesente Granuella et filio Episcopo Atrebatensi. noster 30 monachus pugnabat autoritate temporis, personarum et sua; concionator contra uerbi Dei testimoniis nitebatur. tandem, cum nullo modo inter se conuenire possent, delecti sunt quidam quasi inquisitores, qui in eius causae inquisitione forensi more procederent. inter hos autem erant duo aut tres consiliarii Imperatoris, duo theologi Louanienses, alter pastor diui Petri, al- 35 ter Franciscus a Zon, homo pessimus atque hostis piae doctrinae infestissi-

1 Francisci solicitudines augentur *in marg.* **A** || 8 occasio libertatis neglecta *in marg.* **A** || 16 consternatio noua ex nuncio ingrato *in marg.* **A** || 19 Petrus Alexander concionator Reginae euadit *in marg.* **A** || 27 de eiusdem caussa narratio plenior *in marg.* **A** | captus **A** captiuus **P** || 31 inquisitores constituti *in marg.* **A** || 33 more **A** modo **P** | erant *om.* **P**

mus, qui condemnationi quoque sacellani Louaniensis interfuit. accersitus etiam est monachus quidam Atrebatensis aliquanto caeteris intelligentior, sed qui spe aulici fauoris inebriatus multa contra propriam conscientiam et facere auderet et dicere. isti omnes quotidie congregabantur, et cum in hoc negocio bis in die laborarent, uix tamen integro anno causam absoluere po- 40 tuerunt.

4 Primo fuerunt accusatores Louanienses theologi, qui singulari artificio, ut inuidiam declinarent et magis nocere possent, accusationis uocem in Episcopum Camaracensem transtulerunt. hic igitur sustinuit personam accusatoris. atque eius promotor proposuit articulos suspectos et scandalosos, ad quos 45 noster concionator dedit responsionem Latinam et Gallicam sane luculentam. deinde producti sunt utrinque testes. pro concionatore dixerunt sententiam omnes pene uiri principes aulae Burgundicae. denique quoniam fabula nondum erat peracta, cum Imperator rediret ex Gallia et iam catastrophe expectanda uideretur, quam certis coniecturis laetam omnes fore putabamus, 50 accessit noster monachus confessor, hostis Dei, qui tanquam Dauus quispiam perturbauit omnia. comitatus asseclis suis, ministris Satanae, ueniebat frequens ad Imperatorem, clamitabat interituram esse funditus totam illam regionem, nisi grauiter in istum hominem animaduerteretur: esse iam plane contaminatam ueneno, quod ille suis concionibus in animis multorum instil- 55 lauerat, nec aliud esse nunc sperandum, si liber dimitteretur, quam extremam patriae ruinam. tantum effecit suis coniurationibus et execrationibus, ut omnino iusserit Imperator in carcerem detrudi concionatorem.

5 Eodem die, quo erat futura comprehensio, admonitus a fideli amico concionator declinauit periculum. uix ille fuerat extra urbem egressus, cum 60 uenerunt in aedes nuncii, qui eum ad praesidem uocabant, ubi erat comprehendendus. at ubi eum abiuisse intellexerunt, magnum animo dolorem aduersarii conceperunt. Imperator quoque ipse dolorem animi publicis uocibus testatus est ac iussit, ut extremo fulmine absens feriretur. iurauit etiam ualde seuere se nunquam omnino uelle parcere aut proditori aut Lutherano. 65 postridie manus iniecerunt in socios concionatoris, qui adhuc in carcere tenentur et laborant capitis periculo, non ob aliud, nisi ut indicent, quis eum, ut sibi fuga consuleret, admonuerit, quod eos plane ignorare arbitror.

6 Sequenti septimana publicis literis ualuis templorum affixis uocatus est ad audiendam sententiam, quae, nisi compareret, in absentem nihilominus se- 70 cundo die huius anni erat pronuncianda. praescripto igitur tempore conscendit suggestum Franciscus a Zon, theologus Louaniensis, unus de conmissa-

45 accusatio contra concionatorem instituta *in marg.* **A** ‖ **52** monachi confessarii sanguinariae molitiones *in marg.* **A** ‖ **59** concionator periculum effugit *in marg.* **A** ‖ **60** extra *om.* **A** ‖ **62** magnum animo **A** animo magnum **P** ‖ **65** Caesaris uox contra Lutheranos durissima *in marg.* **A** ‖ **69** concionator citatus proscribitur *in marg.* **A**

riis, qui factus est postea subdelegatus iudex, ut illi appellant, atque ibi seditiosa concione hominem haereticum concionatorem pronunciauit, ferro et
75 igne puniendum, si comprehendi posset, idque tanta impudentia, tanta absurditate, ut quum eum audiuerunt tam absurda, tam impia, tam blasphema dicentem, qui leuiter in cognitione purioris doctrinae instituti erant, post illum diem multo magis suos animos confirmarent. uerba sententiae cum suo flore subscribam, ut uideas quos articulos illi blasphemi tanquam haereticos
80 condemnauerint.

119 "In causa Inquisitionis coram nobis Petro Curtio plebano ecclesiae collegiatae et parrochiano ecclesiae Sancti Petri Louaniensis, Francisco de Campo a Zon, canonico insignis ecclesiae Traiectensis, et Thoma de Capella, priore Praedicatorum in Atrebata, sacrae theologiae professoribus, iudicibus autoritate sedis Apostolicae subdelega-
5 tis, pendente inter promotorem rmi. domini Episcopi et Ducis Camaracensis, denunciantem siue actorem ex una, et fratrem Petrum Alexandri, sacrae theologiae professorem, religiosum ordinis Carmelitarum, legitime et peremptorie per nos ad audiendum ferri sententiam citatum, contumacem et non comparentem reum ex altera partibus; uisis et mature examinatis articulis pro parte eiusdem promotoris contra
10 dictum fratrem Petrum exhibitis eiusdemque fratris Petri responsione ac pro ipsius parte aliis articulis ad sui defensionem tendentibus, testium quoque hinc inde productorum et examinatorum depositionibus ac exceptionibus reprobatoriis una cum saluationibus aliisque actis et actitatis et caeteris in hac eadem causa a partibus exhibitis et deductis, uisis etiam tribus uoluminibus sermonum, duobus Latinis et uno Gallico,
15 per dictum fratrem Petrum compositorum et conscribi iussorum in iudicio recognitis, nec non ipsius responsione scripto facta ad propositiones ex illis extractas. cum tam ex eis quam ex praedictorum testium depositionibus constet dictum fratrem Petrum reum plures praedicasse, scripsisse, docuisse et sustinuisse propositiones supectas, scandalosas, Lutheranas, piarum aurium offensiuas, seditiosas, haereticas, ab ecclesia in Lu-
20 thero et aliis damnatas, ac inter alias:

1. Quod omnia necessaria ad salutem continentur in euangelio et sacra scriptura. 2

2. Tantum inhaerendum est inmobiliter in uerbo Dei et euangelio, et quod scripturis omnibus contradicere licet praeterquam diuinae et canonicae, et quod tantummodo canonicis scripturis fides sit habenda.

25 3. Item, quod conmissio legatorum Christi, apostolorum, summorum pontificum, episcoporum, sint sacrae scripturae et euangelium, nec possunt homines plus obligare quam obligat sacra scriptura. quod si ad maiora obligent, iam uidentur suam conmissionem excedere.

4. Sola fides uistificat inmediate coram Deo et opera iustificant hominem coram
30 hominibus.

73 illi **A** ipsi **P**
1 sententiae contra concionatorem latae tenor *in marg.* **A** | plebano] *paroecus, curio, sacerdos qui plebi praeest. Italis 'piovano', Gallo-Belgis 'pléban' (Du Cange)* || 2 parrochiano] *incola, habitator (Du Cange)* || 21 propositiones suspectae *in marg.* **A**

5. Homo intus coram Deo sola fide citra ulla opera iustificatur; externe uero et palam coram hominibus et cum se ipso per opera iustificatur, id est cognoscitur certiorque redditur intrinsecus se fidelem et iustum esse, ut alteram manifestam iustificationem, alteram uero internam nominare queas, ita tamen quod externa iustificatio fructus, sequela et ostensio tantum sit interioris, quae in corde est, iustificationis, et 35 quod ea coram Deo non iustificetur quisquam.

6. Verae indulgentiae comparantur sine auro et argento, sola scilicet fide et confidentia meritorum Christi.

7. Non potest esse uera fides sine operibus.

8. Item, qui opera charitatis non habet, nec fidem habet. 40

9. Quando fidem opera charitatis non sequuntur, certissimum symbolum est nullam fidem adesse, sed mortuam dumtaxat cogitationem et inane somnium, quod quidam falso fidem nominant.

10. Si quis cognoscit se peccatorem, filium irae et dignum morte, et cognoscit se sub Deo esse ac detestatur peccatum suum et firmiter credit promissionibus Christi, 45 talis debet certissimum scire certitudine fidei se saluandum. et propterea sic non dispositus et dicens "si moriar, nescio quo ambulabo" damnabitur et est infidelis. dicere oppositum est negare Christum.

11. Qui poenitet de suis peccatis et non credit se consequutum remissionem peccatorum, iniuriam facit passioni Christi et sanguini eius. 50

12. Fides est uiua quaedam et indubitata opinio, qua homo est certus supra omnem certitudinem naturalem sese placere Deo et habere Deum propicium in omnibus quae gesserit et fecerit et ignoscentem, propicium in bonis et ignoscentem in malis.

13. Quia primam regenerationem, quae fit per fidem, homo carnalis intelligere non potest, propterea Christus illam signis uisibilibus et sacramentis ac bonis operibus tri- 55 buit. quamquam enim homo apud Deum fide sit iustificatus, non reputatur tamen iustus coram mundo et hominibus ac ecclesia Dei, nisi sacramento baptismi et bonis operibus fuerit innouatus.

14. Non est distinctio inter baptismum Iohannis et apostolorum Christi. uterque enim conscribit ciues regni coelorum, per utrumque datur spiritus sanctus et remissio 60 peccatorum.

15. Insuper idem baptisma prius a Iohanne baptista institutum et postea inter gentes dispensatum organum est, quo in Christum credentibus datur spiritus sanctus.

16. In baptismo promissa est homini coelestis haereditas absque conditione illa "si legem obseruet", nec illa promissio coelestis gratiae et gloriae ullis nostris peccatis im- 65 pediri potest, alioqui incredulitas nostra fidem Dei euacuaret.

17. Nullus damnabitur nisi infidelis et obstinatus.

18. In Christum non credere, hoc demum uerum et unicum peccatum est quod damnat.

19. Non ideo condemnantur homines quia peccauerunt, sed ideo damnantur homi- 70 nes quia gratiam sibi in euangelio oblatam per Christum respuunt et contemnunt et de suis peccatis poenitere nolunt.

49 consequutum *mss.* consequuturum *Campanus fortasse recte* || **52** et **P** se **A** || **56** quamquam **P** quamuis **A** | fide sit **P** sit fide **A**

20. Vera poenitentia est abstinere a peccato.

21. Poenitentia est agnitio peccati, quae est prima pars. secunda est confidentia me-
75 ritorum Iesu Christi satisficiens in eius misericordia.

22. Sicut in ueteri lege nihil legitur factum pro peccato praeter oblationem, ita et in noua lege nihil faciendum est in uim satisfactionis pro peccato, quia Christus est satisfactio nostra.

23. Facere fructus dignos poenitentiae est confidere in una uera fide et in merito
80 preciosi sanguinis Christi.

24. Non requiritur maior detestatio peccati, adulterii, incestus uel quantumuis magni peccati quam simplicis fornicationis.

25. Per fidem uiuam homo in eodem beneplacito tam profunde in corde diuino persistit quam ipse Christus, et beneplacitum et affectus tam alte illi insinuantur quam
85 Christo.

26. Quicumque in Christum crediderit, is per fidem a Christo accepit omnia bona ipsius. nam per fidem communicantur illi omnia merita ipsius, ita quod non minus de illis gloriari possit quam si propria essent merita.

27. Eadem iustitia, quam Christus habet, imputatur nobis, quotquot in Christum
90 credimus, perfecte et ex omni parte absoluta.

28. Erroneum est et scandalosum asserere, quod liceat plus facere aut meliori deuotione uenerari sacramentum miraculosum quam sacramentum in priuata missa.

29. Sacramentum eucharistiae cum ea fide sumendum est, ut ea manducatione sacramenti nobis remissa esse peccata et uitam aeternam Christi merito nobis esse con-
95 cessam certo credamus.

30. Sancti non sunt adorandi adoratione latriae aut duliae, sed bene propter uirtutem sunt imitandi et uenerandi.

31. Quando oro Christum, ipse Deum orat pro me, et non possunt sancti pro nobis aliquid impetrare nisi Christo pro nobis orante.

100 32. Facilius per nos ipsos quam per sanctos impetramus.

33. Errant qui tribuunt curationem alicuius morbi sancto, uel Iohanni uel Huberto.

34. Non debemus honorare beatam Mariam aut sanctos plus quam euangelium aut sacra scriptura eos honorat.

35. Non sunt nisi duo mediatores inmediati inter Deum patrem et hominem, scili-
105 cet filius et spiritus sanctus, qui possunt dirigere nostras actiones ad gloriam Dei patris.

36. Solus Christus seruauit omnia mandata.

37. Nemo diligit Deum quantum diligere deberet.

38. Opera nostra post iustificationem facta solum testificantur fidem. quae uero
110 ante iustificationem fiunt, non sunt utilia, quia "respexit Deus ad Abel et ad munera eius".

39. Bona opera solum seruiunt ut laudetur Deus, ut bonum exemplum detur proximo, ut euitetur otium.

110–111 respexit … eius] *Gen. 4, 4*

96 aut **P** et **A** 'ou' **H**

40. Nihil meremur per bona opera nostra aut merita, nec gratiam nec remissionem peccatorum nec gloriam. 115

41. Nulla opera, nullus cultus, nullum uitae genus prorsus, sed fides sine fiducia operum ualet.

42. Sic soli fidendum est Deo, quod nec operibus nec meritis.

43. Omnes conatus omniaque studia illorum, qui non sunt ex spiritu regenerati, praua sunt. 120

44. Quicquid agit peccator extra gratiam constitutus, peccatum est et semper peccat.

45. Certum est in optimis operibus, quantumcumque etiam bonis, esse prauitatem omissionemque grauissimam.

46. Religio monastica est hypocrisis. 125

47. Christus dicendo adolescenti "si uis perfectus esse, uade et uende omnia, etc." irrisit iuuenem.

48. Non est curae Deo, si semel aut bis comedas qualesue cibos.

49. Ieiunium, quod nos conmendat Deo, non est abstinentia a cibo et potu.

50. Ieiunium euangelicum est ieiunium Dei, non autem quadragesimale. 130

51. Ieiunium Dei est ieiunium continuum, non huius uel illius diei.

52. Ieiunium quadragesimale non est euangelicum, quia in euangelio non praecipitur.

53. Errauimus multis annis in fundamentis fidei nostrae, loquendo de fide et iustificatione. 135

54. In trecentis annis non fuit praedicatum uerum siue purum euangelium.

55. Hoc tempore non licet praedicare euangelium, quia, si praedicaretur, praedicans reputaretur haereticus.

56. Aliqui in dignitate constituti nolunt praedicare euangelium neque permittunt ut praedicetur, ut episcopi, cardinales et abbates, quia sua uitia reprehendi prohibent; 140 imo etiam prohibent praedicari euangelium.

57. Cum multis aliis latius explicatis.

3 Et quia dictus reus post huiusmodi processus instructionem in praesentia consiliariorum per Caesaream Maiestatem ad hoc conmissorum factam non ostendit se corrigi paratum aut sponte ad fidem catholicam uelle recurrere, errores praetactos ad arbi- 145 trium superioris abiurare et satisfactionem congruam exhibere, sed quod deterius est, in contemptum nostrum, imo uero apostolicae iurisdictionis, sui copiam non facit, sed se clam nulla petita licentia absentauit et absentat, indicans etiam per hoc et per praetactos suos, quos publice docuit, errores animi sui pertinaciam: Christi nomine inuocato et pro tribunali sedentes et solum Deum et iustitiam prae oculis habentes, ius di- 150 centes, per nostram hanc sententiam diffinitiuam, quam de magistratorum sacrae theologiae ac iurisconsultorum consilio nobis communicato ferimus in his scriptis, dicimus, decernimus et declaramus dictum fratrem Petrum Alexandri reum grauiter et multipliciter contra fidem catholicam et uniuersalis ecclesiae dogmata multis seculis

126 si uis … etc.] *Matth. 19,21*

143 condemnatio *in marg.* **A** | dictus reus **A** reus dictus **P**

155 recepta et approbata errasse, eundem esse manifestum haereticum et contumacem ac ob eam rem in excommunicationis sententiam a iurè latam incidisse atque ut talem ab ordinibus sacris deponendum et solemniter degradandum totiusque ordinis ecclesiastici praerogatiuis nudandum, arbitrio potestatis secularis relinquendum ac poenis a iure contra tales haereticos pertinaces statutis corrigendum ac puniendum, praetacta 160 quoque uolumina et alia perniciosa scripta in aliorum exemplum igni esse tradenda et comburenda. ideoque praescripta authoritate, qua fungimur, ipsius uolumina et alia ipsius scripta perniciosa in doxale templi beatae Gudulae Bruxellensis igne, ⟨quem⟩ construi decernimus, comburi uolumus et mandamus.

Lata die Veneris, secunda Ianuarii, Bruxellae in dicto templo beatae Gudulae anno 165 ab incarnatione Christi 1545."

120 Vbi totas duas horas miseras auditorum aures infinitis impietatibus onerasset, excitatus est ingens rogus in aedito quodam loco, quem in medio templi ad hoc spectaculum exhibendum parari curauerunt. ibi suis manibus egregius ille clamator libros concionatoris Gallicos et Latinos tradidit flam- 5 mis, qui omnibus praesentibus combusti sunt.

2 Iam uero cum eiusmodi atrocia exempla ego in carcere quotidie audirem uideremque honestissimis hominibus, qui propter religionem capiebantur, carceres impleri, uniuersam denique reipublicae faciem atque hominum potentium ad uastationem ecclesiae Dei spectare, cogita, quaeso, quo tandem 10 animo esse poteram, qui eadem ipsa tormenta aut etiam crudeliora mihi impendere prospiciebam. certe dolore fuissem consumptus, nisi diuina liberatione saluti meae prospexisset aeternus pater. audi quo modo.

3 Primo die mensis Februarii, cum in caena mensae assiderem nescio quam ob causam solito tristior, relicto sodalicio surrexi, quod alioqui non raro fa- 15 cere solebam, quia illorum hominum diuturnam sessionem non poteram perferre. obambulabam in eadem habitatione satis afflictus. cum domestici omnes hortarentur ut expuerem illam molestiam ex animo meque aliquantulum exhilararem, 'sitis' inquam 'uos hilares poculis uestris. ego uolo ad aerem exire et quid agatur in plateis contemplari.' fuit illa fatidica uox, quam au- 20 diuerunt omnes, intellexit nemo, imo ne ego quidem ipse, quorsum a Deo ille animus ac sermo mihi instillatus esset, tunc potui iudicare.

4 Accedo igitur ad ianuam carceris interiorem, cuius superior pars ligneis cancellis munita uisum in plateam transmittit, inferior densissimis tabulis munita est. cum igitur inferiori mediae parti ianuae aliquanto praessius in- 25 cumberem sentiremque ianuam uacillantem, manu apprehendi, quam nullo

155 contumacem **P** pertinacem **A** || 162 doxale] *odeum ecclesiae, quibusdam in locis Flandriae etiamnum doxale (Du Cange)*

1 libri concionatoris cremati *in marg.* **A** || 6 Francisci inter haec spectacula angustiae *in marg.* **A** || 11 prospiciebam **A** perspiciebam **P** || 13 liberatio memorabilis *in marg.* **A** || 18 uox boni ominis *in marg.* **A**

negocio potui aperire. exterior ianua, quae interiori similis est, ultro patebat tota. tertia quaedam alia nisi noctu claudi non solet. ibi ego admiratus inopinato casu, memor quoque quam multis modis me alias uocasset Dominus, quas oportunitates neglexissem, tanquam si uocem Dei clamantis tunc audiuissem, quae me ad se clara uoce uocaret, statui prorsus uocanti Deo obtemperare atque illam tam optatam tamque insperatam oportunitatem arripere, quam sine ulla dubitatione a Deo missam iudicabam. 30

5 Egressus igitur carcerem clausi exteriorem ianuam, ne quid amplius detrimenti acciperet hospes. cum me solum in platea in densa noctis caligine uiderem, non sciebam quo me uerterem. omnia mihi erant suspecta, omnia periculorum plena uidebantur. etsi enim in eadem urbe habebam non paucos amicos, de quorum fide minime dubitabam, tamen, quo magis eos amabam, hoc minus tanta inuidia tantoque periculo uolebam onerare. et tamen, quod singulari miraculo carere non puto, eo ipso momento mihi optima consilia Deus misit in mentem. 35 40

6 Erat in ea urbe uir quidam fidelis, mihi notus, cui uolui rem omnem patefacere, in cuius aedes perueni nulla difficultate et, cum nunquam in illis fuerim, non secus eas inuenire potui quam si iam olim mihi fuissent notissimae. hominem ipsum in plateam euoco, rem diuinitus gestam narro et consilium aliquod securum ab eo postulo. uolebat ille apud se retinere, sed quoniam utrique nostrum ualde periculosum hoc futurum esse suspicabar, dico uideri mihi multo consultius exire, si fieri posset, eadem nocte ciuitatem. rogo utrum nosset in maenibus locum aliquem ad transcendendum oportunum. respondit se scire oportunissimum, quem uellet mihi ostendere et, quocumque animus esset ire, comitari. 45 50

7 Accepto igitur pallio uenit mecum. in uia ualedixi quibusdam amicis, deinde ad maenia recta contendimus. ibi sine mora sese obtulit locus ad descendendum accommodatissimus, eaque facilitate ac celeritate haec omnia gesta sunt, ut, si res multo antea fuisset praecogitata, non potuisset succedere foelicius. nam cum hora media octaua audita esset, priusquam in carcere a mensa surrexissem, eram iam in ipsis maenibus, cum pulsaretur octaua. uere profecto affirmare possum cum saepe alias in captiuitate mea Deum praesentem, tum uero in hoc extremo articulo liberationis sensisse praesentissimum. collocatus igitur extra urbem in libero aere decreui ea nocte peruenire Mechliniam, deinde summo mane Antuerpiam. 55 60

8 In toto illo itinere, quamquam laetabar consequuta libertate, multo magis

28 Dominus *om.* **P** ‖ 30 clara uoce **A** clare **P** ‖ 33 Franciscus e carcere euasit *in marg.* **A** ‖ 41 comitem fugae fidum nanciscitur *in marg.* **A** ‖ 61 mirandae liberationis consideratio *in marg.* **A** | laetabar **A** laetabam **P** | consequuta libertate **P** consequutus libertatem **A**

profecto urgebar consideratione mirandae liberationis et manifesti operis Dei, in quo et mysterium magnum et arcanam uoluntatis diuinae significationem contineri iudicabam. neque enim dubitandum mihi erat diuina ordinatione liberatum esse me, ut in grauioribus deinde certaminibus ac periculis durius exercerer, ad quae ipsa pericula sustinenda iam tum coepi animum meum praeparare. orabam igitur Deum patrem liberatoris nostri Iesu Christi, quod etiamnum ex animo oro, ut singulari quoque suae misericordiae gratia mentem meam illustraret, quo possem et dignitatem et mysterium uocationis meae cognoscere et in eo fideliter atque constanter usque ad extremum uitae diem ecclesiae Christi seruire. illa uero summa fuit semper gloriatio mea, quod in tanta periculorum magnitudine, in tam horrendis crudelitatis exemplis, quae singulis diebus coram oculis mihi obuersabantur, nunquam tyranni omnes, quantumuis saeui et inmanes, laudem integrae conscientiae auferre potuerunt.

121 Istis cogitationibus impediti deque admiranda nostra liberatione disserentes Mechliniam peruenimus multo ante quam portae ciuitatis aperirentur. hora quinta urbem ingressi ante ianuam hospitii nostri currum inuenimus iamiam, ut apparebat, Antuerpiam profecturum. in eo sedebant uir quidam et foemina. rogaui ego uirum quonam proficiscerentur. 'Antuerpiam' inquit; 'si libet conscendere, currus est paratus'. tum dixi uiro qui mecum uenerat: 'sedeas ipse in hoc uehiculo, ego mihi curabo equum, quo celerius perueniam in urbem'.

2 Interim uero dum aperiretur ianua hospitii, loquebar satis diu cum uiro meo de uariis rebus, audiente eo qui sedebat in curru, imo etiam nonnunquam interpellante. paulo post ego sum ingressus hospitium. uir meus sedit in curru. exceptus ibi sum cum magna domesticorum omnium gratulatione, qui, cum rem omnem intellexissent, dicto citius equum atque omnia necessaria ad equitandum mihi parauerunt. egressus urbem iterum inueni currum in uia. salutaui sedentes; illi uicissim resalutauerunt. meus homo admonuit ut celeriter currerem. 'curram' inquam 'ea celeritate, ut, si omnes qui Bruxellae manent nebulones uestigia mea sequantur, minime tamen assequi possint.'

3 Intra duas horas Antuerpiam perueni, qua in urbe in publico diuersorio manere uolui, ne quemquam uel cognatorum uel amicorum praesentia mea in periculum adducerem. eodem die circa uesperum uenit etiam ad eundem locum meus homo, quem ego antea ipsi indicaueram. is semiperterritus 'miraberis', inquit, 'si scies, quale sodalicium in curru meum clauserit latus aut

65 ac periculis *om.* **P** || 73 nunquam tyranni **A** tyranni nunquam **P**
1 Franciscus Mechliniam uenit *in marg.* **A** | nostra liberatione **P** liberatione nostra **A** || 5 ego *om.* **P** || 11 sedit **P** sedet **A** || 19 Antuerpiam ingreditur *in marg.* **A**

quisnam ille sit, quicum tam multa tu hodie locutus es Mechliniae.' 'quisnam erat, quaeso?' 'homo' inquit 'omnium quos haec terra sustinet peruersissimus: Ludouicus Sot secretarius, hostis acerrimus euangelicae doctrinae, qui aduersum te conquisiuit testimonia et omnem tuae causae processum instruxit et nunc sententiam capitalem adfert ex aula Bruxellensi quibusdam hominibus qui propter religionem paulo post erant comburendi in hac urbe.' 25

4 Sum equidem uehementer admiratus, quod ita oculos et mentem illi Deus perstrinxisset, ut, cum me habuerit in conspectu, mecum locutus fuerit, neque uidere tamen neque agnoscere potuerit. eant nunc qui de miraculis queruntur et negent multis atque ingentibus miraculis plenam esse mirandam illam liberationem! sed audi reliqua. 30

5 Sequenti die uenerunt in eundem locum, ubi ego eram, duo ciues Bruxellenses, quos neque ego noueram nec illi me. rogo ecquid noui ageretur Bruxellae. 'magnum' inquiunt 'miraculum iam recens Bruxellae conspectum est.' 'quodnam illud obsecro?' 'fuerat quidam Hispanus ibi captiuus totos quindecim menses neque tam longo tempore uel liberationem uel ullum alioqui suae causae finem potuit impetrare, etiam si frequenter multi pro eo interpellarunt. tandem nudius tertius uesperi ultro illi patuere tres carceris ianuae, circumfulsit aether et magno cum splendore ex carcere liberatus est, ut simillimam Petri liberationem posses agnoscere. tenet fama sacramentum miraculosum, quod in ea urbe colitur, hoc miraculum esse operatum.' haec illi ad me, tanquam si rem omnem ignorassem. 35 40 45

6 Nunc uide, quaeso, mi praeceptor, uulgi uanitatem, quae leui temporis momento tam multa solet ueris affingere. patuisse tres ianuas certissimum est, alioqui nunquam fuissem egressus. caeterum nullum ego uidi luminis splendorem nisi taedarum, quae tunc in plateis circumferebantur frequentes. praeterea nulli ego sacramento miraculoso, quod impii idololatrae Bruxellae colunt, sed simpliciter inmensae Dei misericordiae, qui ecclesiae suae preces uoluit exaudire, hanc diuinam liberationem acceptam refero. 50

7 Postridie misi ego priuatum hominem Bruxellam, ut rem uniuersam exploraret. is autem reuersus plane affirmauit eandem famam uulgo iactari Bruxellae, quae iam erat Antuerpiae quoque peruulgata. caeterum duo uiri praestantes eius urbis per eundem nuncium mihi significari mandauerunt fuisse negocium eo modo a iudicibus de composito gestum, qui, cum uiderent ab ea se causa cum honore liberari non posse, consulto me sua ordina- 55

29 erant comburendi in hac urbe **P** in hac urbe comburentur **A** || **30** caecitate percussi hostes ueritatis *in marg.* **A** || **32–33** de miraculis queruntur **A** miracula quaerunt *post corr.* **P** || **34** illam **P** istam **A** || **35** de liberatione Francisci rumor *in marg.* **A** | uariae hominum narrationes *in ras.* **A** || **46** uulgi uanitas *in marg.* **A** || **56** non inuitis iudicibus Franciscus euasisse creditus, quod ex praesidis uerbis colligi potuit *in marg.* **A** || **58** se *om.* **P**

tione clam dimitti curauerint. hanc opinionem confirmabat responsum prae-
60 sidis. nam cum custos carceris me abesse illi denunciasset, nihil quam hoc respondit: 'permitte abire, non sis tu sollicitus neque cuiquam amplius significetur.'

Ego uero cum meam innocentiam expendo, non admodum mihi absimilis 8 uero haec sententia uidetur, quam uiri quidam graues ueram esse iudicarunt.
65 rursus cum aduersariorum deploratam maliciam contemplor, quae mihi plane comperta est, nullo modo credere possum tantum in eis fuisse uirtutis aut probitatis, ut ulla ratione me liberatum uoluerint. utcumque sit, iuuat euasisse tyrannorum manus et aliquam fidelem operam ecclesiae Christi in libera et pura religionis professione nauare.

70 Post liberationem quieui Antuerpiae integro mense. saepe ambulabam in 9 plateis, omnes gratulabantur libertatem, et perpetua consuetudine optimorum hominum utebar, qui me inuitum in ea urbe tam diu retinuerunt. caetera quae deinde sequuta sunt, quamquam fuerunt illa quidem permolesta (quid enim est in rebus humanis, quod non sit molestissimum?), plusculum
75 tamen respirationis et securae tranquillitatis, minus periculorum habuerunt.

Habes, charissime praeceptor, ueram et simplicem earum rerum narratio- **122** nem, quas a me scire uoluisti, ex quibus fortasse iudicabis me ad perferendas ac describendas miserias natum, quas equidem cum maximis et clarissimis uiris omnium gentium atque omnium aetatum, cum tota ecclesia Christi,
5 cum ipso denique filio Dei lubens ac uolens communes agnosco. talis fuit inde usque ab initio maximorum hominum, prophetarum, Christi, apostolorum ac totius ecclesiae Dei conditio, quam ego neque mutare neque repudiare aut possum aut debeo. imo etiam sancta quadam arrogantia in Domino mihi posse gloriari uideor Paulina uoce, *ὅτι χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου καὶ*
10 *ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου ὑπὲρ τοῦ σώματος αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἡ ἐκκλησία.*

Quare nihil omnino istorum periculorum nos poenitere debet intuentes fi- 2 lium Dei liberatorem nostrum Iesum Christum, qui et longe grauiora pro nobis tulit et istam nunc obedientiam suo quodam iure a nobis requirit. eam
15 igitur forti atque infracto animo illi praestemus, quicumque eius beneficium agnoscimus atque ipsius nomine gloriamur. nam in tanto delirio seu furore potius generis humani, in hac extrema senecta mundi ad interitum naturae

9-11 *ὅτι χαίρω ... ἡ ἐκκλησία*] *Col. 1, 24*

63 Francisci de hac re iudicium *in marg.* **A** || **64** ueram **A** uerum **P** || **70** Franciscus Antuerpiae commoratur *in marg.* **A**

1 conclusio historiae *in marg.* **A** | earum *om.* **P** || **12** oportet nos similes fieri imaginis Filii Dei *in marg.* **A**

rerum inclinantis non est profecto cur uel momentum respirationis uel ullum omnino suauitatis uestigium quisquam mortalium in rebus humanis sibi possit promittere, donec ista mortalitate liberati, ista tyrannorum saeuitia 20 exempti ad gloriam Dei uero ac minime perturbato gaudio cumulatam aeuo sempiterno duraturam perueniamus.

Bene uale.

Mense Iulio anno 1545.

INDEX NOMINVM

(*asteriscus apponitur ad nomina quae in textu explicate non apparent)

Abbas Complutensis *uid.* Lerma
Abel 119, 2. §38
Aegidius (Gilles Tielmans) 52,2; 55,3.4; 56,1.4.5.7; 57,1.2; 70,2.5; 71,1; 91,2–4; 94,6.7; 95,8; 97,1; 112,1
Albertus (Albert Hardenberg) 1,2
Alexander, Petrus (Pierre Alexandre concionator Reginae) 11,1; 118,2; 119,1.3
Ancusianus *uid.* Rhuardus
Antichristus 82,6
Antonia (Antonia van Roesmals) 22,2; 22,7
Apollo (apostoli Pauli aemulus) 35,6
Archiepiscopus Compostellanus (Gaspar de Ávalos) 72,3; 73,1–5; 74,1–5; 75,1
Archiepiscopus Hispalensis (Alonso Manrique) 45,4
Archiepiscopus Toletanus (Alonso de Fonseca) 77,6
Archiepiscopus Valentinus (George de Austria) 51,4
Aristides (cognomine Iustus) 60,3.4
Augustinus (diuus) 116,4.11
*Austria, George de *uid.* Archiepiscopus Valentinus
*Ávalos, Gaspar de *uid.* Archiepiscopus Compostellanus

*Belleghen, Perceval van *uid.* Perseualdus
Bergara, Ioannes (Juan de Vergara) 77,6
*Beyaert, Ioannes (uir ille) 22,2
Boissot, Claudius de 115,3
Bucerus, Martinus 113,3.6.7
Burgundus uir aulicus (Jacques de Bourgogne, seigneur de Fallais; cf. Boehmer, Span. Ref. 142,n.20) 66,1; 67,1

Caesar, Caesarea Maiestas *uid.* Imperator
*Campo Nigri, Philippe de (templi S. Gudullae pastor) 109,4
Capellae sacellanus (Guillaume Guéné) 56,5; 97,1; 100,1; 111,5
Capella, Thomas de (Thomas de la Chapelle) 118,3; 119,1
Carolus *uid.* Imperator
Castro, Alphonsus de (Alonso de Castro) 47,3–4
Catharina (diua) 118,2
Catholicus 48,4–5; 63,4.6; 74,4; 102,2; 103,2; 106,1; 113,6; 119,3
Christophorus (diuus) 47,1
Cicero, Marcus Tullius ep. 4; 0,1; 60,3.4
Cruz, Magdalena de la 87,2–5
Curtius Petrus (Pierre de Corte) 31,1; 32,3; 118,3; 119,1

Daemon 27,1; 87,4; 88,1
Dauid (rex) 41,4; 45,9; Dauidicus 64,4
Dauus (parasiti nomen in comoediis) 118,4
Decanus *uid.* Rhuardus et Curtius
Diabolus 11,1; 20,4; 78,8; 82,5s; 87,5; 93,2; 97,6; 108,3
Drosardus (Quentin van der Noot) 91,1; 92,3.8; 94,1; 99,3

Eckius, Ioannes (Johann Eck) 113,4.6
*Enckuysen, Rhuar d' *uid.* Rhuardus
Enzinas, Franciscus (Francisco de Enzinas, Historiae auctor) ep. 2–5; 44,2; 47,2; 48,2–3; 51,1; 57,4; 63,2.3; 66,3; 67,5; 69,5; 70,6; 71,2.5.6; 72,3; 74,2; 116,4
Epicureus homo 91,1; 109,4
Episcopus Atrebatensis (Granduellae filius) 69,3; 115,3; 118,3

Episcopus et Dux Camaracensis (Robert de Croy) 118,4; 119,1
Episcopus Iaennensis (Francisco de Mendoza) 40,5ss; 41,2; 42,3; 43,1ss; 44,1; 45,5; 50,3; 54,3; 62,1s
Erasmus, Desiderius 45,4; 77,6; 78,4
Esaias (propheta) 35,5; 37,3
*Fallais, Jacques de Bourgogne, seigneur de *uid.* Burgundus uir aulicus
Ferdinandus (Imperatoris frater) 67,2

*Fief, Pierre du *uid.* Procurator Generalis
*Fonseca, Alphonsus de *uid.* Archiepiscopus Compostellanus et Toletanus
Fortuna 0,2; 67,6; 79,3
Franciscanus monachus 95,5
*Franciscus I (Gallorum rex) 113,3
Franciscus *uid.* Enzinas *et* Roman
Furiae 70,2; 73,2; 76,1

Gallus, Arcturus epist.
Granduella (Nicolas Perrenot, seigneur de Granvelle) 5,1; 5,3; 43,6; 51,3; 62,2–4; 69,2.3.5; 112,3; 118,3
Granvellae filius (Antoin Perrenot, card. de Granvelle) *uid.* Episcopus Atrebatensis
Gudullae Diuae templum 109,4; 119,3
*Guéné, Guillielmus *uid.* Capellae sacellanus

*Hardenberg *uid.* Albertus
Harpyiae 7,3; 76,1
*Haveloos, Gudula (Antoniae Roesmals filiola) 24,1–3
Hercules 71,3
*Heussgen, Ioannes *uid.* Oecolampadion
*Horatius, Quintus (poeta) 106,3
Hubertus (diuus) 119,2 § 33

Ieremias (propheta) 38,3
Iesus 3,5; 4,4; 5,4; 12,3; 24,3; 29,4; 37,4; 42,5; 82,5
Imperator (Carolus V) 2,6; 4,4; 5,3; 16,4; 17,2; 22,2; 26,1–29.2; 35,2–37.3; 40,1–45.7; 48,1–50,3; 57,3–58.4; 62,2–70.3; 73,1–77.5; 81,5–85.8; 90,7–91.1; 100,2; 112,3.4; 113–119,3; Imperatoriae leges 35,1; 36,6; 101,1
Ioannes Baptista (diuus) 119,2, §14s
Ioannes (diuus) 119,2, §33
Isaias *uid.* Esaias
Iudas (Christi proditor) 46,3–7; 47,5; 50,3
Iuppiter 68,4
Iustus Iusbergius (Josse van Ousberghen) 91,1; 93,4–99.3; 100,1
*Iuuenalis (poeta) 85,3

Lasco, Ioannis a (Jan Laski) 1,1; 22,7
Latomus, Iacobus (Jacques Masson) 4,1; 8,3; 9,2; 9,4
Legatus Angliae 85,8
Lerma, Petrus de (Abbas Complutensis) 77,8.9; 78,2–80.2
Lerna 70,8
Licenciatus Theologiae *uid.* Tilmannus
Lucas (euangelista) 75,3.4
Lutherus, Martinus (Martin Luther) 12,6; 38,3–4; 61,3–4; 61,3.4; 75,1; 82,1; 92,5; 119,1
Lutheranismus 19,2; 22,3; 27,3; 33,1; 33,4; 38,5; 116,4
Lutheranus 2,6; 5,6; 10,6; 12,4; 17,2; 22,2–4; 23,3; 27,2; 32,3; 33,4; 38,1.2; 61,2.3; 68,6; 75,4; 82,2; 117,2; 118,5; 119,1

Maccabaeus Scotus, Ioannes (John Mac Alpine) 81,3
*Manrique, Alonso *uid.* Archiepiscopus Hispalensis
Maria (Vngarica Regina) 11,1; 95,4; 96,1; 118,2
Maria (diua uirgo) 12,5; 75,1; 86,2.3; 90,1; 111,1; 113,5s; 119,2, §34
*Marmier, Hugues, seigneur de Gastel (quidam aulicus uir) 93,6
Mars 52,1
Matthias (apostolus suppositicius) 45,6
Melanchthon, Philippus (Philipp Schwarzerd, Francisci praeceptor) ep.; 0,1ss; 10,6; 29,1; 48,5; 49,3.9; 59,2s.; 60,1; 62,3; 63,3.5; 82,1; 113,3.6s; 116,4; 121,6; 122,1

Mendoza, Francisco de *uid.* Episcopus Iaennensis
*Metsis, Catherina (femina quaedam) 22,2
*Mierdmannus, Stephanus (typographus) 36,1
*Mol, Franciscus de *uid.* Praetor
Momus (risus deus) 83,6
*Montanus, Petrus (Pierre du Mont de Buret, Vniuersitatis Louaniensis Rector antiquus) 8,3; 11,2
Moyses 53,4

Nestor 53,1
Nicodemus (Christi discipulus) 90,2
*Noot, Qentin van der *uid.* Drosardus

Oecolampadion (Iohannes Heussgen) 9,2; 82,1
*Ortega, Diego (auctoris auunculus) 3,7; 58,1

Papa Bruxellensis *uid.* Campo Nigri, Philippe
Paulus (apostolus) ep. 1; 4,4; 5,5; 35,6; 38,3; 61,1.3; 74,1; 79,7; 110,1; Paulina uox 122,1
Paulus (Paul Rooevere) 7,2; 8,1; 15,4
Pascual, Matthaeus (Mateo Pascual) 77,7
Perrenot, Antoin *uid.* Granduella
Perseualdus cognomine Coecus (Perceval van Belleghen) 32,2–34.3
Petrus (apostolus) 5,5; 7,2; 118,3; 119,1
Phalaris (Agrigenti tyrannus) 14,4
Philippus (Imperatoris Caroli filius) 87,3
*Pindarus (poeta) 0,1
Piscator siue Piscatorius, Iohannes (John Fisher) 116,4
Plato 13,1; 60,3s; 99,1
Praetor Louaniensis (Franciscus de Mol) 16,4; 23,2
Praepositus, Iacobus (Jacques Spreng, apellatus Probst siue Praepositus) 80,6
Prior Augustiniensium *uid.* Praepositus
Prior Dominicanorum *uid.* Striroy
Procurator Generalis (Pierre du Fief) 2,2ss; 15,1; 16,4; 17,1; 20,1; 21,1; 22,2; 25,3; 56,5; 92,1; 94,1; 97,1.3; 100,1s; 102,1s; 106,3ss; 107,5; 111,1
Promotor ('le promoteur' in H) 32,4s
Proteus 106,3

Rectores Vniversitatis *uid.* Montanus *et* Zon
Regina Galliae 115,4s.
Rochus (diuus) 47,1
Rochus (statuarius) 86,1ss
*Roesmals *uid.* Antonia
Roman, Franciscus de Sanct- (Francisco de San Román) 77,9; 80,3–85,8
Rooevere, Paul *uid.* Paulus
Rhuardus Ancusianus (Rieuwert Tappert, Decanus Louaniensis) 4,1; 8,3; 10,1; 10,3; 11,4; 31,1; 32,3
Rythove, Petrus (Pierre Rythove, sacellanus) 7,2

Satan 16,1; 20,2; 54,2; 68,2.5.7; 74,2.5; 82,6.8; 88,6; 90,3s.; 100,1.6; 101,1; 108,6; 118,4
*Sclerckx, Catherina (pharmacopolae uxor) 4,4–6.6
*Schats, Ioannes (uir quidam) 17,1
Schore, Ludovicus de (praeses aulae Brabanticae) 112,4; 113,1; 121,7
Socrates 60,3s; 99,1
*Solon 0,2
Sot, Ludovicus de (praesidis secretarius) 112,4; 121,3
Soto, Petrus de (Pedro de Soto, Imperatoris confessarius) 43,1.6; 43,1–50,5; 63,1.3; 66,3; 67,1–70,8; 72
*Striroy, Gothofredus (Godefroy Striroy, Prior Dominicanorum) 8,3; 11,4; 50,1

*Terentius 14,4
Theodorus, Vitus (Veit Dietrich, Lutheri secretarius) 113,4
*Thyssens, Iacques (carceris hospes) 51,4
Tilmannus (Tilman Clercx [cf. Savignac 41, n. 22], Theologiae Licenciatus) 8,3; 11,2; 95,5
Timotheus (uir apostolicus) 79,7

Valdesius, Alphonsus (Alfonso de Valdés) 77,5
Valdesius, Ioannes (Juan de Valdés) 77,5
Vergara *uid.* Bergara
*Vicart, Ioannes (uir quidam) 17,1

Xenophon (historicus) 40,1

Zon, Franciscus de Campo a (François van den Velde siue de Campo de Zon, Latine appellatus Sonnius, Inquisitor et Rector recentior Vniversitatis Louaniensis) 8,3; 11,1; 12,1; 32,5; 118,3.6; 119,1

INDEX VRBIVM ET NATIONVM

Africa 84,3; Africana expeditio 84,7
Angliae legatus 85,8
Antuerpia (Amberes, Antwerpen) 32,1; 35,1; 43,2s; 54,3; 58,1; 63,2; 67,2; 75,1; 80,3.5; 81,4; 85,7; 86,4; 112,6; 113,3s; 115,1.3; 120,7; 121,1ss; Antuerpiensis 3,3; 51,4; 65,5.6; 73,1; 81,4.6.7; 82,9; 83,1
Argentina (Strasbourg) epist. 3–5
Artesia (Artois) 117,5
Atrebatensis 118,3
Attica lex 49,3

Babylon (= Romanus ritus) 1,2
Belgicus 0,3; 27,2
Brabantia (Brabant) 3,4; 65,3; 79,4; 91,1; 92,1; 113,1; 117,5; Brabanticus 11,4; 112,4; 114,1; Brabantus 86,1; 112,8
Brema (Bremen) 80,5.6; Bremensis 80,5.7
Brugae (Bruges) 79,5; Brugensis 32,2; 90,2
Bruxella (Bruxelles) 3,4; 9,5; 16,3; 25,3; 40,1.3; 43,3.5; 58,1; 62,2; 65,5; 91,1; 93,4; 115,4s; 117,4s; 119,3; 121,5ss; Bruxellensis 55,3; 64,1.6; 70,3; 110,3; 121,3.5
Burgensis (ex Burgis Hispaniae = Burgos) tit.; 77,9; 80,3
Burgundus 66,1; 67,1; Burgundica aula 76,1; 118,4

Castilia (Castilla, Hispaniae regio) 89,5; Castiliana lingua 42,5
Complutensis 77,6; C. schola 77,7
Compostella (Santiago de Compostela) 88,4
Cordubensis 87,2

Danubius 84,3

Europa 12,7; 36,3

Flandria 3,4; 65,3; 79,2; 92,1; 117,3; Flandrius 86,3; -icus 117,5

Gallia 79,4; 113,3; 115,4; 118,4; G. Belgica ep. 2; Gallicus 57,3; 68,3; 70,3; 81,3; 82,1; 118,4; 119,1; 120,1; Galluus 113,3
Gandauum (Gand, Gent) 117,1s.4; Gandauiensis 27,2
Garamantes 29,4
Germania 2,1; 3,1; 26,4; 27,3; 31,2; 48,5; 49,3.9; 59,1.3; 63,3.5; 73,3; 75,5; 80,6; 90,7s; 112,4; 113,3s; G. Superior et Inferior 74,4; Germanicus 8,1; 12,4; 80,6; 81,3; 82,1; Germanus 26,2; 27,6; 28,3; 30,1; 39,2; 67,3; 68,6; 73,4; 82,1; 84,1; 116,11
Graecus sermo 30,5; 31,3; G. lingua 42,5; Graeci 90,1

Hannonia (Hennegau, Hainaut) 117,5
Hierosolyma 88,4
Hispalis (Sevilla) 86,1
Hispania 26,5; 27,3; 44,1; 46,2; 47,4; 48,4; 49,6s; 62,3; 63,5s; 67,3; 75,4; 76,1s; 77,5; 77,6.8.9; 78,2.7; 79,1.4;

81,4s; 84,7; 85,1; 86,1.4.5; 87,1s.4; 88,1; 89,1.5; 90,1; Hispanicus 30,3; 31,1ss; 36,1; 45,3; 47,4; 48,5; 49,3; 57,3; 62,3; 63,5; 64,1; 65,5; 70,3; 72,1; 73,1s; 76,1; 80,4; 81,6; 93,5; 116,4; -nice 37,4; 66,1; Hispanus 30,2; 31,2; 35,3; 38,1; 39,2; 43,1; 44,2; 45,1; 62,3; 65,6; 66,1; 67,1; 69,3; 72,1.3; 78,5; 80,5; 81,4.7; 82,3.7; 84,1.3; 93,5; 112,6.8; 121,5
Hollandia 65,3

Iaennensis (ex Iaena, antiquitus Aurgi, hodie Jaén) 40,5
Indi 29,4
Infernus 106,6
Ingolstadiensis (ex Angelostadio = Ingolstadt) 113,5
Iudaei 99,4

Latinus 45,3; 49,7; 57,3; 67,2; 82,1; 118,4; 119,1; 120,1; -ne 37,4; 70,3
Louanium (Leuven, Louvain) 2,1; 3,4ss; 10,2; 10,6; 32,2; 56,6; 83,1; 84,4; 85,7; 91,1; 93,4; Louaniensis 2,5s; 4,4; 9,5; 23,2; 25,3; 30,1; 32,1; 32,4; 91,1; 93,4; 118,3ss; 119,1
Lutetia Parisinorum (Paris) 32,2; 78,3; 79,2s
Lydius lapis 78,2

Mechlinia (Mechelen, Malines) 16,3; 120,7; 121,1.3

Neapolis (Napoli) 77,5

Parisiensis schola 78,2
Phrysia Orientalis (Ostfriesland) 1,1
Purgatorium siue purgatorius ignis 12,5; 106,5s

Ratispona (Regensburg) 77,9; 82,10; 83,6; 84,2.4
Roma 77,7; 88,2.4
Romanus 12,6–7; 26,4; 27,4; 74,4; 76,5; 82,1.6.7; 86,5; 92,5

Sanct-Lucar (Sanlúcar de Barrameda prope Gades) 86,1
Sorbonicus 78,2; 79,6
Spira (Speyer) 112,3; Spirensis conuentus 90,8

Tartarus 69,2; 82,8
Traiectensis ecclesia 119,1
Turcicus 4,4; 29,4

Villabordiense castellum (Château de Vilvorde siue Vilvoorde prope Bruxellam) 16,3
Vlma (Ulm) 73,3

Wittenberga (Wittenberg) 59,2

Zelandia (Quatre métiers – Zeeuwsch Vlaanderen) 75,4

INDEX LOCORVM

(loci uncinis inclusi non ipsa auctoris uerba sed tantum sententiam tradunt)

EX SACRA PAGINA

Veteris Testamenti

Gen. 4,4: 119,2,§38
Exod. 20,19: 53,4
1Reg. 3,18: 44,9; 86,23
Psalm. 68,6: 24,3
119,46: 41,4
Isaias 53,4–5: (98,2)
53,7: (13,3)

55,11: 35,5
61,10: (98,5)

Noui Testamenti

Matth. 4,10: 4,4
8,20: 3,5
10,3: (52,5)
10,18–20: (41,5); (57,8)
10,24: 98,2
10,28: (82,8)
10,30: 52,5
10,34–35: (53,5)
11,28: (5,4)
16,19: 69,1
18,8: (12,3)
19,21: 119,2,§47
Luc. 12,5: (82,8)
12,32: 98,4
23,39–43: (75,3)
Ioan. 3,10: 32,3
13,30: (47,3)
15,18: 98,2
16,33: 98,4
18,3: (2,2)
18,31: 12,9
19,12: (17,2)
Act. Apost. 1,15–26: (45,6)
Rom. 1,16: (49,8)
3,28: 61,1
8,1: 98,4
8,29: (3,5)
10,2: 74,1
12,3: 105,3
1Cor. 2,2: (82,4)
3,6: 35,6
10,12: 108,6
2Cor. 5,21: 105,3
10,17: (52,4)
11,14: (74,2)
Gal. 1,4: (4,4)
Phil. 1,23: 99,2
3,19: 86,6
Col. 1,24: 12,1
1Tim. 1,2: 79,7
2,5: (4,4)
Hebr. 5,7: (4,4)
7,25: (4,4)
13,14: ep.1
2Petri Epist. 1,21: (35,4)

VETERVM AVCTORVM

Aeschylus
Pr. 378: (66,2)
Aristoteles
Probl. 27,2 (947 b 15): (97,4)
Cicero
fam. 5,12,14: (0,1)
Cat. M. 10,31: 53,1
Phil. 3,2: ep. 4
Homerus
Il. 1,249: 53,1
Horatius
sat. 1,7,3: (88,2)
ep. 1,1,90: 106,3
Iuuenalis
2,63: 85,3
2,223: (2,6)
Menander
Mon. 550: (66,2)
Ouidius
Met. 1,433: 53,5
Pindarus
Nem. 1,53: 0,1
Plato
Phdr. 273e: 13,1
Plautus
Most. 725: 80,2
Solon
Eun. 27: 0,2
Terentius
And. 266: 14,4
845: (3,7)
Hec. 9–11: (71,5)
Xenophon
HG 1,6,10: 40,1